





1658.

1. Beckman, Johann Volk: De casibus fortuitis.
2. Beckmann, Johann Volk: De eversionibus.
3. Beckmann, Johan Volk: De libello
4. Beckmann, Johan Volk: De jure belli.
5. Beckman, Johann Volk: De donatione Constantini M.
ca. 14 Distinct. 96.
6. Lucherus, Christophorus Henricus: De regno.
7. Pommerus, Casparus: De legibus.
8. Richter, Christophorus Philippus: De prosopepsia
circa infligendas pœnes.
9. Richter, Christophorus Philippus: De successione feudi.
10. Richter, Christophorus Philippus: De injuriis
11. Rospiarius, Guernicus: Factum, quoad principia,
partes communes et proprias, differentias, morbos
et symptomata, eundem curatiōnem, affusus et expo-
sitio ritus, ventilatiōi et dilucidatiōi proponit.

12. Schuidelius, Joannes: De ratione status. 2
13. Schweterus, Emerichus Fredericus: De juris et facti
ignorantia. 23
14. Schweterus, Emerichus Fredericus: De investiturae materia
15. Schroeter, Ernestus Fredericus: De dolo malo. 2
16. Schroeter, Ernestus Fredericus: De sententiis. 2
17. Stranchius, Johannes: Commentariorum ad L. Decretales
nisi Antiquas Disputatio I: de Decretionibus in
genere. ad l. 29. C. de pactis
18. Stranchius, Johannes: De acquisitionibus per
hos, qui sunt in potestate.
19. Stranchius, Johannes: De resolutione in specie
victa.
20. Stranchius, Johannes: De usucapionibus.
21. Struve, Georg Adamus: De dolo et culpa a pro-
curatore prestanda.

22^a ^{1/2} Struve, Georg Adamus: De usufructu. 2 Suppl.

23^a ^{1/2} Struve, Georg Adamus: De interdicto unde vi,
quatenus usufructuario ex eo restituitur. 2 Suppl.
1658 & 1718.

24. Ungepaier, Proximus: De reconventione

25. Ungepaier, Proximus: De compensatione stricte
dicta.



1

13

14

15

16

17

18

19

20

21



1658, 16

322

16

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE
SENTENTIIS,

QUAM

DIVINA ASPIRANTE GRATIA

Illustrissimo ac Celsissimo Principe ac Domino,

DN. BERNHARDO SENIORE,
Duce Saxoniae, Juliae, Cliviae ac Montium, Landgravio
Thuringiae, Marchione Misniae, Comite in Marca & Ravens-
burg, Dynasta in Ravenstein, &c.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

DECRETO ET AUTORITATE

*Magnifici, Nobilissimi atq. Amplissimi Jctorum Ordinis in Illustri
hac LL. Nutrice Salana*

PRESIDE

VIRO

Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo atq. Excellentissimo

DN. ERNESTO FRIDERICO
Schröters / Jcto & Antecessore hac loci longè ce-
leberrimo, Consiliario Saxonico gravissimo, Curiae Provincialis &
Scabinatus Adfessore Spectatissimo, &c. Patrono meo summo, Praeceptore
ac Promotore omni observantiae cultu atatem devenerando,

PRO

Summis in Utroque JURE Insignibus, Privilegiis ac Honoribus Do-
CTORALIBUS ritè, legitime ac solenniter capeffendis,

Publicae Eruditorum disquisitioni submittit

FRANCISCUS Strps / HERVORDIA WESTPHALUS,

In Auditorio Jctorum.

Die Julii, Anno a Caes. M. S. nostrae 1708. 1658

Horis ante- & pomeridianis.

JENÆ, Typis JOHANNIS NISII.

27.



772

DISSENTATIO IN MATHEMATICIS IUDICIA

SENTENTIAS

DE RICHARDO SENIORE

Duce Saracorum, Julio, Choro de Moynim, Landgravo

RECTOR MAGNIFICENTISSIMO

DE ERNESTO FRIDERICO

Principi, Electori, et Archiepiscopo Silesiae, Longob.

Electore, Comes Palatinus, Comes Rheni, Comes

Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus, Comes

Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus, Comes

Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus, Comes

Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus, Comes

Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus, Comes

Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus, Comes

Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus, Comes

Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus, Comes

Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus, Comes

Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus, Comes

Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus, Comes

Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus, Comes

Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus, Comes

Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus, Comes

Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus, Comes

Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus, Comes

Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus, Comes

Palatinus, Comes Palatinus, Comes Palatinus, Comes



I. N. D. N. 7. C.

Præloquium.

Singulis non esse concedendum quod per magistratum publicè fieri possit, ne occasio sit majoris tumultus faciendi verè & graviter ait *J. C. Paulus in l. 176. de R. J.* Idcirco judiciorum vigor, jurisque publici tutela videtur in medio constituta, ne quisque sibi ipsi permittere valeat ultionem *l. 14. C. de Judais & Caliccol.* unde à veritatis semita haud aberrabimus cum *Clariss. Dn. Felden in animad. ad Grotium de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 7. §. 5.* judicia naturalia esse & cum *Aristot. lib. 1. polit. c. 2.* maximorum bonorum autorem prædicantes cum, qui in civitatem homines collegit, & judicia instituit, his namque si locus relinquatur, in societate humanâ exulare debent bella, quæ ob defectum demum judiciorum ex hypothese & ex accedenti tolerari possunt. Duo namque *juxta Tullium, quem laudat prælaudatus Grotius dict. tract. c. 2. §. ult.* sunt decertandi genera: unum per disceptationem, alterum per vim, cumque illud proprium sit hominis, hoc belluarum, contendendum est ad posterius, si uti non licet superiore. Sed seculorum malitia uti veritatem religionis corrumpit, ita judiciorum sanctitatem fædè fermè derurpavit. Perstrepunt enim judicia lites cornicularum longævitate interdum vivaciore, invasit hoc malum multa tam superiora quam inferiora. *Germania judicia, nec summum*

A 2

im.

Imperii tribunal, quod Spiræ Nemetum exercetur ab eo
plane liberum, ubi multæ lites spiræ serò expirare,
Litigatores diu sperare serò aspirare olim dicebantur, ut
ad eò *juxta Ulpianum nostrum in l. 4. §. 1. ff. de alienat. jud.
mutand.* verecunda cogitatio ejus, qui lites execratur, mi-
nimè sit vituperanda, quin potius omnibus modis fo-
venda, quippe quod persuasum sit, satis eum lucrari, qui
à lite discesserit, probè perscrutando quid vitii & mali ex
litigiis immineat: rancor sc. animi, inimicitia capitalis,
cûra, labores, vana spes, timor & sexcenta alia quæ liti-
gantes devorare necessum est, non aliter, atque pilulas
Joh. Bodin. de Repub. c. 6. Hujusmodi autem litium negle-
ctus & averfatio cum sapissimè non possit non cû maxi-
mo rerum dispendio & jactura esse conjunctissima, quip-
pe ratione juris in revel ad rem quo quis gaudet, institu-
tâ actione consequi possit, quod eâ neglectâ improbo
sæpè ac avaro adversario relinquere tenetur, aureum
præsto est sententiarum remedium, quo lites finiri, su-
umque cuique adjudicatum tribui. *arg. l. r. ff. de re judic.
& effect. sentent.* constat: Cû verò magni momen-
ti sub sententia latitet, exactius in illam inquirere, ejus-
que modum, qualitates & effectus percipere operæ præ-
tium erit, ordine igitur, quo nihil pulchrius, ut proceda-
mus, nec ullâ implicemur confusione.

THESIS sit I.

Vocabulum sententia, ut intermissio ulteriori præ-
loquio, ipsius rei tractationi manum admovea-
mus: à sentiendo, quantum nominis definitio-
nem, quæ, licet rei potior, prius tamen, cum *secun-
dum Gellium lib. 13. Noct. attic. cap. 10.* rerum intelligentia
à ver-

à verborum dependeat intellectu, pertractanda venit, deducitur. *Arnol. de Reyger in Exercit. pract. disp. 8. th. 5. Joan. Emeric. à Rosb. in prax. civil. tit. 71. n. 1. Zæf. in comment. ad ff. de re judicat. n. 1.* Uti autem sensus significatio varia, denotat enim (1.) rationem §. 2. *Inst. si quadr. paup. fecit.* (2.) rationis usum sc. iudicium, sic nullum sensum infantis esse dicit *Paulus in l. 32. §. 2. ff. de acqui. vel amir. pos.* furore detentum sensum non habere *Ulp. in l. 22. §. 7. ff. solut. matrim.* & alias sentire non posse *l. 8. §. 2. ff. de opr. legat.* (3.) pro exteriori sumitur sensus brutis quoque quæ etiam sensibilia percipiunt, competente, hinc *Cic. lib. 1. offic.* Bellua quantum sensu movetur, ad id solum quod adest, quodque præsens est, se accommodat: Sic & sentire à quo sententiam generalogiam ac originem suam ducere affirmavimus, totupliciter sumi posse, nemo inficias ibit. Ast ut postrema acceptio hic nihil conferre potest, ita prioribus sententiam, quicquid est, debere, & à sentiendo interiorum sensum iudicium sc. opinionemque respiciente trahi, omnino asserendum videtur.

II. Quam variè verò vox sententiæ rursus sumatur, quo subijcienda ab ambiguitate liberata tutius ac firmiter stare valeant, uti necessario haud intermittendum, sic denotat (1.) nervosam, quæ breviter insigne aliquid ostendit clausulam: ut obsequium amicos, veritas odium parit, (2.) id quod verba sonant: ut cum *Divus Anthon.* in hanc sententiam respondisse dicitur *in l. 7. ff. de restitu. in integr.* (3.) sumitur pro mente, vi, ac potestate legis *l. 17. ff. de legib.* verbisque & scripturæ opponitur *l. 15. §. 3. ff. ad L. Cornel. de fals. l. 22. §. 8. cod. l. 1. §. 11. ad sctum Turpill.* (4.) pro opinione ac sensus signi-

ficatione l. 1. ff. qui testam. fac. poss. l. 8. C. eod. l. 32. ff. de
damn. infec. l. 7. §. 2. de supel. legat. l. 1. §. 3. de pact. Wesf.
ad ff. de re judic. n. 3. (5.) pro responsis prudentum, à qui-
bus iudici recedere non licet §. 2. ff. de J. N.G. & C. Sic
& senator in Senatu sententiam dicere dicitur l. 12. §. 1.
ff. de Senator. (6.) pro decisione rei litigiosæ, quomodo
& arbiter sententiam ferre dicitur l. 3. pr. l. 19. pr. juncto
arg. l. 1. ff. de recept. qui arbit. recep. l. 2. C. de sentent. &
interlocut. denique (7.) quæ acceptio hic propria, sumit-
tur pro decisione rei litigiosæ à iudice facta l. 3. C. de pe-
dan. judic. l. 29. ff. de minorib. l. 27. ff. de pænis.

III. Synonyma sententiæ quod attinet, hæc tra-
duntur (1.) Decretum l. 48. ff. de re judicat. l. 1. §. 1. verb.
hæc autem. ff. quod quisque jur. in al. l. 57. ff. de judic. l. 6. C.
de sentent. & interlocut. quanquam aliàs etiam denotet
autoritatem iudicis, quæ causâ cognitâ super eo quod
petitum est, citra absolutionem vel condemnationem
interponi consuevit: ut in alienationibus rerum mino-
rum l. 17. & tot. tit. C. de prad. & reb. alii minor. (2.) ju-
dicatio l. 3. C. de pedan. judic. (4.) definitio l. 2. C. de rem-
por. & reparat. appel. (5.) definitio plenissima l. 12. C. de
rebus credit. interim postremum, definitivam magis re-
spicere, nullum nobis restat dubium.

IV. Quæri fortè hic non importunè posse videret,
an in classem prænominatorum, arbitrium, laudum,
compromissum, utpote cum in iure multis locis senten-
tiæ audiant, uti tot. tit. ff. de recept. qui arbit. recep. suffi-
cientissimo comprobatur testimonio, recipi possint? Et
cum arbitros in duplici differentia esse constet: alii enim
sunt à iure constituti & ordinati l. 24. verb. officium arbitri.



*rr. ff. deposit. l. 2. C. de inoffic. donat. l. 15. ff. de re judic. l. 9. ff. qui sardar. cogun. & dicuntur arbitri juris. Alii à partibus eliguntur, vel ut arbitrentur tantum, seu astitiment l. ult. C. de contrabend. emptio. l. 25. pr. ff. locat. l. 75. l. 76. ff. pro socio, vel arbitrio instar judicis litem decidunt, de quibus præcipuè in rit. ff. de recept. qui arbit. vel denique, ut sine ullâ formâ judicii amicablem litem componant, qui in specie Arbitratores Germ. *Scheidsmänner* vocantur. Sequitur ultrò, arbitrorum juris, qui verè judices sunt, arbitrium, sententiam propriè dicendum & prioribus annumerandum esse, utpotè cum ab illo etiam, ut alias à sententiâ appellari possit *d. l. 9. ff. qui sardar. cogun.* A partibus verò electorum, cum hi judices, quos solus privatorum consensus non facit *l. 3. C. de j. dict. omn. jud.* minimè sint, arbitrium s. laudum nomine sententiæ, nisi impropriè prout *in th. 2. accep. 6.* traditum fuit, nequaquam venire posse.*

V. Res judicata quoque cum admodum conjuncta cum sententia esse appareat, ad cò, ut interdum pro eâ, *ut in rubrica C. de execut. rei judic.* ibi enim exequi rem judicatam idem, quòd in *l. 15. pr. ff. de re judicat.* ex equi sententiam denotare videtur, sumatur, statuendum, quoties pro sententia usurpatur, fieri impropriè per metonymiam effectus pro causa: Sententia enim est rei judicatæ causa, per quam res controversa redditur definitiva s. judicata; res judicata autem se instar effectus habet, cum sit lis judicis sententia definitiva ac decisa, unde vocatur quoque negotium transactum, terminatum, absolutum *l. 3. C. d. fruct. & liri expers.* absolutum dimissumque judicium *d. l. 3. judicatum l. 47. ff. de re judicat.* Sententia est judicis pronuntiatio, *der rechtliche Ausspruch*
die

die Urtheil l. 1. §. ult. ff. ad S. Crum Turpill: res judicata da
die Urtheil / nach verlauff 10 Tagen / Krafft rechtens er-
griffen l. 1. ff. d. re judic. cui tamen non obstat, quod an-
te lapsum fatale, statim post judicis pronunciationem
res judicata quoque dicatur l. 7. pr. ff. de transact. l. 11. e-
od. l. 40. §. 1. ff. de pact: l. 14. C. d. appellat. & consultat. ali-
ud enim est res judicata simpliciter, & aliud per excellen-
tiam. quando sc. post lapsum 10. dierum Nov. 23. c. 1.
auth. hodie C. d. appellat. & consultat. c. 15. extr. d. sentent.
& re judic. sententia in rem judicatam transiisse dicitur
c. 13. extr. de sentent. & re judicat. tranfire enim in rem
judicatam ex dict. c. 15. significat in rei judicatae autori-
tatem tranfire, rei judicatae auctoritatem habere. l. 2. l. 4.
C. de sentent. & interlocut: vim atq; vigorem rei judicatae
obtinere l. 6. & 8. C. de execut. rei judic. Magnificus Domi-
nus D. Erasmus Ungepaur Jctus Celebratissimus Facultatis
juridicae Ordinarius, Praeceptor, Fautor, Promotor ac Hospes
aternum devenerandus in praec. pub. ad Decretal. Tit. d.
sentent. & re judic. Nobiliss. Dn. Hahn in observat. theoret.
praet. ad Wesf. d. re judicat. n. 3.

VI. His ita praelibatis gressus dirigendus venit ad
ipsam definitionem realem, quae tanquam potissima rei
pars, vim ac naturam rei explanans, breviter apteque
tradita ad meliorem rei cognitionem perducens Ever-
hard. in loc. argum. legat. loc. 3. & 15. definit. ita se habet:
Sententia est decisio rei controversae, pronunciatione
judicis rite facta. Magnif. Ungepaur in praec. Decret.
de sentent. & re judic. Consult. Dn. Hahn observat. ad Wesf.
de re judicat. n. 3. Et licet hic definitum ratione generis
rationeque objecti, quod lis seu res controversa, cum
transactione & jure jurando litis decisorio conveniat l.
1. ff.

1. ff. l. 19. 24. l. 33. C. d. transact. l. 1. ff. de jurejur. attamen formaliter & modo decidendi; transactio enim fit per conventionem partium, cum definiatur conventa decisio dato aliquo, facto vel promisso & c. juramentum per invocationem Dei in testem. Sententia autem ejusmodi invocationem & conventionem excludens, cum judicium reddatur in invitum, per judicis pronuntiationem l. 1. ff. d. re judic. ab iis differt. *Nobilissimus, Amplissimus, Excellentissimus ac Consultissimus Dn. D. Georgius Adamus Struve* Jctus in hac Salana famigeratusimus Praeceptor, Fautor ac Patronus aetatem observanter suspiciendus in Syntag. jurispr. Exercit. 6. th. 53. Exercit. 10. th. 1.

VII. Definitione absolutâ ad divisionem pergitur: dividitur autem in definitivam: quod verbum, licet in Pandectis non occurrat, ejus in C. crebrior est usus l. 3. l. 11. C. d. sentent. & interl. l. 16. C. de judiciis l. 2. C. d. sentent. ex brevic. recit. & interlocutoriam rub. C. d. sentent. & interloc. l. 9. eod. c. 16. extr. de testib. Arnol. de Rejg. in exercit. prac. disp. 8. th. 7. Rosb. in prax. civil. tit. 71. n. 2. ubi & discrimen inter has sententias expositum deprehendes usq. ad n. 16. Divisio autem hæc non est vocabuli æquivoci in sua æquivocata, ita *Censentibus* Zæsis in Comment. ad ff. de re judic. n. 2. & Perez. in C. tit. d. sentent. & interlocut. n. 1. sed generis in proprias suas species; Interlocutoria enim æquæ ac definitiva sententiæ nomine expressè indigitatur l. 39. ff. de minorib. l. ult. C. d. sentent. & interlocut. Joachim. Schnob. disp. ad ff. 21. th. 2. & definitio in th. proximè antecedenti tradita tam illi, quàm huic competit; nec obstat, quod per illam controversia in causa principali non decidatur, nam in incidenti & emergenti quæstione per judicis pronuntia-

B

tio.

tionem determinatur, imò aliquando totam principalem controversiam prout ex *th. seq. 10. parer.* perimere valet: negari interim non potest, nomen sententiæ, definitivæ per excellentiam maximè competere. *Nobil. Hahn. in observat. ad Wesf. de re judic. n. 4.*

VIII. Definitiva, quæ etiam terminalis dicitur in *l. ult. C. de Compensat.* intentionem iurgiumq; terminans *l. 21. C. d. appel. german. die Ende Urtheil* est: Controversiæ in iudicium deductæ & disceptatæ per pronuntiationem iudicis, absolvendo vel condemnando ritè facta decisio. *l. 8. C. d. execut. rei judic. l. 6. pr. C. d. appellat. l. 3. l. 11. C. d. sentent. & interloc. l. 1. l. 59. ff. d. re judic. Arnol. de Reyg. in Exer. pract. disp. 8. n. 7. Rosb. in prax. civil. tit. 71. n. 2. Zæf. in Comment. ad ff. de re judic. n. 3. Nobil. Dn. Bicc. in aure. jur. civil. sect. 5. th. 146.*

IX. Interlocutoria Germ. *Wey Urtheil* / interlocut. specialiter & propriè (nam interdum & definitivam denotat *l. 32. ff. de pænis l. 11. ff. de excepts.* & generaliter omnè iudicis pronuntiationem, quam quæ motantem iudicii ordine servato perimit *C. I. A. de re judic. th. 211.*) est pronuntiatio iudicis super aliquo incidenti articulo, vel emergenti quæstione, prolata, causam principalem adhuc pendentem plerumque non finiens. *l. 9. C. de sentent. & interlocut. Gail. r. obs. 129. n. 2. Rosb. loc. allegat. Zæf. de re judic. n. 2. & 165. Biccus in aurea jur. civil. sect. 5. th. 144. & vi verbi: plerumque: dividitur rursus in simplicem sive meram & vim definitivæ habentem *Gail. r. obs. 130. n. 1. Rosb. d. l. n. 4. Zæf. d. l. n. 165. Ampliss. Bicc. d. loc.**

X. Hæc est, quæ quidem non principaliter ac integrè causam vel negotium principale, sed per consequentiam

tiam & indirectum definit ac terminat, ut cum, nullâ aliâ sententiâ secutâ, appellationem à definitiva esse desertam, juratum esse non deberi, conventum esse de non petendo, pronunciat. Pertinet etiâ huc illa sententia, quâ judicis officium ob pronunciationem incompetentiæ finitur, & per l. 39. ff. de minorib. l. 7. ff. de agnos. liber. sententia prejudicialis appellatur. Gail. allegat. obs. n. 6. & 8. Rosb. d. l. n. 6. qui & allegat. Marant. part. 6. de sentent. n. 42. & seqq. Zæf. ad ff. de re judic. n. 166. Bicc. dict. sect. n. 144.

XII. Tandem à diversis judiciis sententia alia est instantiæ primæ, alia secundæ, alia ulterioris; à diversis objectis, alia civilis, alia criminalis, sic dicitur sententia subjectionis Gail. 1. obs. 70. n. 28. desertionis idem 1. obs. 138. n. 1. à diversâ qualitate & effectu alia dicitur absolutoria, alia condemnatoria l. 1. ff. de re judic. l. 3. C. de sentent. & interloc. Gail. 1. obs. 113. n. 18. obs. 123. n. 5. Nobiliss. Dn. Struve in Syntagm. jur. feudal. disp. 15. th. 11. alia confirmatoria, alia reformatoria Gail. 1. obs. 138. n. 2. alia privatoria, alia declaratoria. Ampliss. Struve dict. loc. sic & dicitur sententia revocatoria Gail. 1. obs. 130. n. 8. adjudicatoria Perez. in Erotemat. Instit. §. ult. d. offi. judi. & quæ sunt aliæ ejusmodi sententiarum divisiones, quas passim apud Autores reperire licet.

XIII. Jam quo ulterius eo quo par est ordine per texere telam liceat, ad tractationem causarum sententiæ & quidem ad efficientem, quæ omnium primo se sistere videtur, transitum facimus. Efficiens autem est, judex competens l. ult. ff. d. j. dictio. l. 6. §. 10. ff. de injust. rupt. l. 28. ff. d. re judic. i. e. qui dijudicandi facultatem habet, deque rebus in judicio cognoscit, & controversias sen-

tentia suâ dirimit *l. 13. §. 2. ff. de recept. q. arbit.* ut autem constet, qui ad id præstandum, & dijudicandi officio fungendū, sint habiles, paucis, quib⁹ in genere facultas hæc denegata, & qui iudicis partibus defungi prohibentur, cum contrariorum eadem disciplina, delineandum erit.

XIV. Prohibentur autem vel ob inhabilitatem generalem vel specialem, ob illam secundum ductum *l. 12. §. 2. ff. de judic.* alii naturâ ut sordus, mutus, perpetuo furiosus, impubes, hi quidem vitio animi, illi corporis impediti, alienâ curâ indigentes ne suis rebus quidem superesse possunt *§. 4. Inst. de Curat. §. 9. J. de inutil. stipul. l. 2. §. 1. l. 40. l. 124. ff. d. R. J.* Queritur hic, an Cæcus quoq; natura inhabilis ad ferendam sententiam sit, existimandus? Et quanquam hoc affirmandum videatur tum propter *l. 10. §. 5. ff. de postulando* tum propter *l. 1. & 3. C. de sentent. extrevicul. recit.* attamen cum iudicandi officio fungi posse *in l. 6. ff. de judic.* dicatur, statuerendum in causis quæ ocularem inspectionem non requirunt, sententiâ ferre & sic iudicare *Nobiliss. Dn. D. Struve in Syntag. Jurispr. Exerc. 9. th. 10.* aliumque ad sententiam recitandâ vice ejus, quod hodiè styli, *ut in th. 37.* infra dicemus, utpote in casu necessitatis, substituere posse. *C. I. A. de rejudic. th. 32.* Furiosus quoque, qui dilucida intervalla habet tempore intermissi furoris, cum ad sanam mentem revera rediit sententiam quin rectè ferat, non dubitatur. Uti minor nondum 18. annos natus non, ita major 18. annis sententiam ferre potest *l. 57. de rejudic.* maximè ubi litigatores gnari ipsius ætatis in eum consenserunt *d. l. 57. c. 47. x. de offic. & potest. jud. delegat.*

XV. Alii lege *d. l. 12. §. 2. ff. de judic.* ut infames *l. univ.*



unic. C. de infamibus arg. l. 38. C. de decur. l. 2. ff. de adfes. for. c. 87. de R. J. in 6. c. infames. 3. quæst. 7. cum enim jus sit, qui jus habet de causis litigantium, secundum leges cognoscendi & judicandi, oportet eum non esse suspectum, sed bonum & innocentem, quisquis enim ejusmodi censuram ei concedat, quem scelus & vitæ turpitudine inquinavit, hinc remouentur à senatu moti *l. 12. §. 2. ff. de judic. ii sc. qui ob turpitudinem moti l. 2. ff. de senator. nec restituti dist. l. 2.* Rei criminis postulati *arg. l. unic. C. de reis postulat.* nisi tempus condemnationis, causâ manente indecisâ citra culpam accusati elapsum sit *l. 7. ff. de muner. & honor. l. 3. §. 1. de decur.* Hæretici qui revera tales *auth. credentes C. de hæret. & manich.* De excommunicato distingvendum, aut publicè excommunicationis vinculo fuit innodatus, & sententiam ferre nequit *c. 24. x. de sentent. & re jud. c. 27. c. 24. quæst. 1.* aut minore excommunicatione ligatus, & ea, quæ ratione jurisdictionis competunt, exercere potest, *c. 10. x. de cleric. excomm. Magnif. Dn. D. Ungepaür in prælect. ad Decretal. tit. de sentent. & re judic.*

XVI. Legum imperitos, cum *in Novel. 82. princ.* tales qui ex se quid justum, quidque agendum, nec aliunde dijudicandi honestatem emendicare necesse habent, requirantur, prohibitos quoque esse quis dubitabit? maximè cum sententia secundum leges ferenda sit. Distinguunt autem quidam inter judicem majorè, qui habet assessorè, & minorè *Zæf. ad ff. de judic. n. 25.* Permittitur tamè imperitis illarum causarum cognitio & dijudicatio, quarum peritiam habent *l. 6. C. de j. dist. omni. jud. l. 17. C. de judic.* ibi militibus de re militari jus dicere permittitur *Zæf. d. loc.*



XVII. Moribus denique prohibentur alii ut ser-
vi & mulieres, *Sapius allegat. l. 12. §. 2. ff. de judic. l. 2. ff. de R. J.* illi cum j. civil. pro nullis habeantur *32. de R. J.* interim tamen quicquid servus, qui liber vulgò reputatur, ad juris dicendi munus evehctus, quamdiu laruit in officio edixit, atque decrevit, ratum ac firmum erit *h. Barbar. 3. ff. de offic. Prator. arg. l. §. J. de testamens. ne videlicet cum summo damno litigantium, omnia alias benè gesta, ob incognitam sc. latentem inhabilitatem irrita sint, maximè cum defectum personæ publica auctoritas supplere valeat d. l. versic. cum etiam posuit populus: l. 2. C. de sentent. & interlocus. hinc Dd. colligunt gesta à magistratu falso, qui publicè pro vero reputatus fuit, rata ac firma esse. *Nobiliss. Dn. D. Struve in Syn- tag. jurispr. Exercit. 4. th. 24.* Foemina quoque ubi ejusmodi consuetudo, quæ pro lege servatur, obtinet *C. 4. de arbitr. vel jurisdictio jure hæreditario in eam devolvitur, uti multis locis fieri consuevit, dijudicandi munere ritè fungi valent. Atque hæc de generali inhabilitate norasse sufficiat.**

XIIX. Ob specialem inhabilitatem prohibentur Suspecti. Causæ autem suspicionis cum sint variæ & multiplices, adeò ut Marant : *par. 6. de appellas.* quadraginta recenscat, unam atque alteram saltem notabimus : est autem talis, si utilitas ex causâ decidenda ad judicem per- tingere possit *l. 17. ff. de judic. l. unic. C. ne qs. in sua caus. judic.* si judex inimicus fuerit *l. 9. ff. de liber. caus.* aut amicus *l. 10. ff. de j. dict. l. 47. ff. de judic.* Si ob fordes fuerit corruptus *Gail. 1. obs. 33. n. 9.* ob has autem & similes causas non solum delegatus, sed & ordinarius recusari potest. *l. 10. ff. d. j. dic. l. 4. c. d. jurisdict. omn. jud. c. 61. x. de*



*de appellat. c. 4. extr. de foro competenti. c. 39. extr. de po-
rest. & offic. jud. deleg. allegatio verò causa suspicionis an-
te litem contestatum fieri debet l. 4. c. de j. dict. omn. l.
16. c. de judic. nisi forte nova emerferit causa, quæ antea
nulla erat, vel incomperta latebat, tunc enim in quacun-
que parte litis opponi potest. l. 16. ff. de judic. c. 4. extr.
de except.*

XIX. Et cum ita, qui sententias ferre nequeant, bre-
viter perlustravimus, restat, qui ergo pronuntiatione sua
ambigua causarum fata dirimere, terminalique lites fo-
pire valeant paucis adjiciamus; Hoc autem commodè
sine implicatione objecti sententiarum, quod res quæ
in disceptationem judicialem cadunt, repræsentant *We-
senb. in Parat. de re judicat. n. 6.* absolvi posse non vidi-
tur, cum non quælibet causa à quodlibet giudice judi-
cati possit *Zas. ad ff. de re judic.* hinc ratione diversa-
rum causarum, de quibus lis esse potest, hoc expedien-
dum erit.

XX. Verum enim verò quoniam coeptum hoc,
si ratione singularum controversiarum, quæ primò vel
civiles & privatæ, vel criminales & publicæ judicum cõ-
petentium enarratio instituenda esset, nimium excre-
sceret, notasse sufficiat, in illis dijudicationem competi-
isse magistratibus, qui erant publicæ personæ ad dijudi-
candum de causis civilibus & privatis publicè constitu-
ta, quibus jus hoc tacitè & generaliter vi demandati offi-
cii seu jure magistratus competiit *l. 1. ff. de offic. ejus cui
mand.* & vel ipsi hoc munere defungi, vel aliis hujus cu-
ram concedere ac mandare poterant *d. l. n. ff. de offic.
ejus* hi autem quibus demandabatur ejusmodi potestas,
non propterea nanciscerantur jurisdictionem propri-
am,



am, sed ejus qui mandarat jurisdictione utebantur, ejus-
que vice ac partibus fungebantur *l. 1. §. 1. l. 3. ff. de offic.
ejus. l. 5. §. 3. ff. de administ. tutor.* unde ab eorum pronun-
ciatione & sententia non appellatur mandans, sed is
qui mandante est superior *l. 1. §. 1. ff. quis à quo appell. &*
hæ causæ ordinariæ jurisdictionis dicebantur. Erant
autem & causæ quædam jurisdictionis extraordinariæ
seu adventitiæ, quarum dijudicandarum potestas nemi-
ni competeat, nisi cui specialiter, nominatim, i. e. per
se & in individuo lege vel Scto vel constitutione tribu-
ta erat, eaque propter nec aliis rursus mandari poterat
l. 1. ff. de offic. ejus cui.

XXI. Publicorum autem & criminalium nego-
tiorum cognitio & dijudicatio quæ merum imperium
dicitur, & in *l. 3. ff. de jurisd.* ab Ulpiano: quod sit pote-
stas gladii ad animadvertendum in facinorosos, ubi
animadversio præsupponit cognitionem & sententiæ
pronunciationem *Nobilis. D. Struve in Syntag. Jur. præp.
Exercit. 4. th. 73.* definitur, initio in repub. Roman. pe-
nes Reges & magistratus ab illis constitutos fuit. *dict.
exercit. th. 74.* Postea post regifugium, licet summum
imperium Consulibus delatum fuerit, eis tamen in ca-
put civis Romani animadvertere jus non fuit, sed illud
jus Populus sibi reservavit, quod deinde Principes sunt
secuti *d. Exercit. th. 10. 50. & 74.* indeque merum impe-
rium si ejus exercitium non nisi illis competeat, qui-
bus specialiter lege, vel Scto vel constitutione Princi-
pum, tributum erat *l. 1. ff. de offic. ejus* indeque nec man-
dari poterat. *d. l. 1. pr. & §. 1.* nisi justa absentia causa *d.
l. 1.* vel de jure novissimo infirmitate vel morbo inter-
veniente *P. H. D. artic. 2. ibi: Aus Schwachheit des*
Leit

Leibes: nam de jure civili olim non excusabat. l. 2. §. 7. ff. de vacat. & excusat. muner.

XXII. Hodiernum verò Magistratibus pro ratione concessæ jurisdictionis, quæ in superiorem, *Obergerichte/ Halsgerichte/ Erbgerichte/ Peinlichgerichte* & inferiorem, *Untergerichte/ Niedergerichte* dispesci consuevit. *Amplis. D. Hahn. in observat. ad Wes. de jurisd. n. 8.* quid autem harum nomine veniat, id non tam desumi debet ex jure Romano, quam usu singularum Rerump. causarum tam civilium quam criminalium cognitio & judicatio competit, non tamen jure magistratus, sed ut olim ex speciali concessione proindeque nec hodie mandari potest. *Amplis. D. Struve dict. Exercit. th. 80.* ejus enim cui specialiter id concessum fuit, persona, industria, ac fides probata censetur ideoque ab electâ personâ, nisi vel necessariâ absentia vel infirmitate inhibeatur, sunt expedienda. l. 1. *vers. non aliter. ff. de offic. ejus. P. H. D. artic. allegat.*

XXIII. Visis quasi pertransennam iis, qui controversias civiles & criminales sententiâ suâ dirimere valent, antequam hinc abeamus, cui in causis feudaliibus & Ecclesiasticis, utpotè quæ peculiâres requirere iudices videntur, jus ferendi sententiam competat, breviter perlustrare, haud abs re esse putamus. Controversia igitur decidenda feudalis concernit aut feudum regale, & de illo, si est controversia inter dominum & Vasallum, ut inter Imperatorem & imperii vasallum competit judicatio secundum communem sententiam Paribus Curia propter textus generalitatem 2. *feud. 55. vers. præterea.* quanquam quidam ex *A. B. tit. 5. §. final.* hic iudicem constituent, tamen cum constitutio illa

C

huic



huic singulari juri feudali non expressè deroget, nec correctio præsumenda sit, horum sententia amplectenda haud venit, uti nec illorum, qui Consiliariis hoc jus ferendæ sententiæ assignant. *Consult. D. Struve in Synop. 149. §. feud. exerc. ult. th. 6.* aut inter duos imperii vassallos & hoc jus definitivam ferre soli Imperatori competit. *Ordinat. Cameral. part. 2. tit. 7.* ubi dicitur: *Ob auch Sachen vorfielen / Fürstenthumb / Herzogthumb / Graffschafft etc. belangend / so vom Reich zu Lehen rühren / so ein nem Theile gänzlich oder endlich abgespröchen werden sollen / derselbigen Erkänntnis / wollen wir der Keyserlichen Majestät / oder ihrer Lieb. und Keyserlichen Majestät Abwesen / Uns als Römischen König vorbehalten haben d. exerc. th. 5. Benedikt. Carpz. in Synop. §. feud. disp. ult. th. 3.*

XXIV. Aut concernit feudum non regale, & rursum controversia decidenda suboritur est inter dominum & vassallum, & competit dijudicatio paribus curiæ. *2. feud. 16. 39. §. si inter & 55. vers. si vero inter.* vel inter duos vassallos, & dominus, adhibitis paribus curiæ litem terminabit. *2. feud. 55. §. 2. vers. præter. 2. feud. 15. vers. illud.* Deficiente autem judice feudali, ordinario loci erit locus. *Benedikt. Carpz. d. disp. th. 15. Consult. D. Struve d. Exercit. th. 7.*

XXV. Causas Ecclesiasticas quod attinet, earum cognitionem & dijudicationem Pontifex Romanus sibi arrogat. *c. ult. ext. de for. comper. c. cuncta 18. c. aliorum 14. C. per principalem ult. caus. 9. quest. 3.* neminique jus tale nisi clericis seu personis Ecclesiasticis concedit. *c. 2. & 3. ext. de judic.* ut de causis clericorum tam civilibus quam criminalibus soli judicent. *c. 1. 2. 3. 5. 6. 8. & omnibus sermè insequentibus capit. caus. 11. quest. 1.* adeo ut si cler-

clericus clericum accusans civilem judicem adierit, anathema sit *c. 10. eod.* imò non potest clericus huic beneficio renunciare, & in laicum judicem consentire etiam accedente juramento *c. 12. extr. de foro comper.* ex additâ ibi ratione, quod hoc beneficium non sit personale, cui renunciari potest, sed toti Collegio Ecclesiastico sit publicè indultum, cui privatorum pacto derogari non possit: quæ ratio tamen usquequaque expedita non videtur, licet enim privilegium hocce datum sit non individuo huic aut illi, sed ipsi ordini, non tamen ut universo, sed ut singulis, ideoque clericus jurisdictioni alienæ se submittentem de jure suo proprio detrahere, non de jure publico, non secus ac quivis alius, qui se submittit jurisdictioni judicis non sui firmiter concludit *Magnificus, Amplissimus, Nobilissimus ac Excellentiss. Dn. D. Strauch p. r. Rector ac Facultatis Juridica Decanus, Praeceptor, Fautor ac Promotor omni reverentia cultu et atem venerandus in Comment. ad 50. decisiones Justinian. dissertat. prim. cap. 4. num. 32. 33. & seqq.* ubi plura huc apprimè facientia deprehendes. Hodie Jurisdictio Ecclesiastica, quod Augustanæ Confessionis addictos attinet, per transactionem Passaviensem Anno 1552. initam & insecutam Anno 1555. Pacificationem Religiosam nuperâ quoque Pacificatione Obsnabrugensi expressè confirmatam, est suspensa, donec per Dei gratiam de religione ipsâ convenerit, indeque Status Imperii Protestantes, ad quos jure superioritatis hæc jurisdictione pertinet peculiaria judicia, dicta Consistorial Gerichte/ quæ ex Theologis & JCris partim constant, instituere, aut judicis secularis jurisdictioni restituere solent, licet enim sint res conscientiam concernentes, inde tamen peculiare



judicem non mereantur. *Consul. D. Struve in Syntagm. Jurispr. Exercit. 9. th. 16.*

XXVI. Ne autem longius evagemur, recto ordine ad causam materialem pergimus, hæc verò cum sit vel objectiva vel subjectiva, & illam in præcedentibus modò nonnihil attigerimus, paucis de quibus rebus sententia ferri neque: t subjiemus.

XXVII. Ferri nequit (1.) de eo ipso, quod non est, nec fuit, vel an sit dubitatur *l. 4. C. de postlimin. revers.* ibi: nec super facultatibus ejus cujus incerta vita ac fortuna fuit transigi vel judicari potuit *l. 1. ff. de hered. & act. vend.* (2.) de eo quod impossibile est, & quod quis per rerum naturam præstare nequit *l. 3. pr. & §. 1. ff. quæ sentent. sine appellat.* (3.) de re semel judicatâ à qua provocatum non est, vel de qua provocare non licet *l. 1. C. quando provoc. non est neces.* nec compromissio & transactio de re tali licita *Bald. ad l. 32. n. ult. C. de transact.* (4.) de re quæ planè non est in judicium deducta *l. 18. ff. commun. dividund. l. final. verb. tamen itaque C. de fideicom. liberrat.* at cum hoc in quæstionem an sententia libello conformis esse debeat, & judex petitionem actoris egressi queat, quodammodo incidat, ulteriorem hujus deductionem *in th. 50. vide.*

XXVIII. Materia subjectiva, seu illi quibus sententia à judice dici potest, sunt actor & reus, qui legitimam personam standi in judicio habent. Litigare autem cum sit de genere prohibitorum, quia omnes possunt, qui non prohibentur, *arg. l. 43. ff. de procurat.* hinc breviter perlustratis quibus sententia à judice dici nequeat, quibus possit ipsi se prodent.

XXIX. Ferri autem nequit in servum *l. 6. & 7. C.*

de



de iudiciis, cum servus iudicio interesse, & inter servū & liberum consistere ullum iudicium non possit, ideoque nec condemnatio in eius personam facta subsistit *dictis legibus*. nec in furiosum *l. 9. ff. de re iudic. l. 2. ff. de condict. furtiv.* nec in infantem *d. l. 2. ff. de condict. furtiv.* sic nec in impuberes, adolescentes, prodigos, mutos, surdos, indefensos *l. 1. l. 2. C. qui legit person. stand. l. 4. C. si advers. rem iudic. l. 45. S. 2. l. 54. ff. de re iudic. l. 6. C. quomod. & quand. iud. sentent.* si autem adversarius neglectā minorrennitatis exceptione litigare coeperit, & sententia pro minoribus fuit lata, tenet *l. 14. C. de procur.* ubi tamen uxor minor 25. annis causam suam merito agenda sine curatore mandaverat. Sententia denique in principalem ferri nequit, si procurator per litis contestationem Dominus litis factus sit *l. 1. C. de sentent. & interlocur.* cum hujus domini potestas sit, quod in alium ferri nequeat, & si feratur, sit nulla, initium enim obligationis ex procuratoris persona sumitur. Jure tamen Canonico quod hodiè sequimur, causa quidem quo ad alia agit per procuratorem, sed sententia indistinctè in dominum concipitur, quod & in Camera obtinet, nam ibi sententiæ indistinctè in personam domini conpiuntur, etiam si nunquam in iudicio comparuerit, nec litem fuerit contestatus. Excipitur autem causa injuriarum ad evitandam infamiam, in hâc enim ex arbitrio iudicis pro qualitate & atrocitate injuriarum sententia vel in principalem vel procuratorem fertur.

XXX. Quæritur hic an sententia in absentes ferri possit? & videtur distinguendum, an lis fuerit contestata à partibus, an non: priori casu lite scil. contestata, an absint per contumaciam, & sententia in eos ferri potest,



56.
ira ut appellatio à tali sententia non admittatur *l. 73. §. final. de iudiciis l. 53. in princ. ff. de re iudic.* ubi dicitur, quod litis damno coerceantur s. adimatur beneficium appellationis, ubi adversus absentes fuit pronunciatum *d. l. 73. ff. de iudic.* illorum verborum sensus autem nequaquam est, quasi semper contra contumacem sit pronuncian- dum, nam iudex, si contumax foverit bonam causam, potest eum absolvere *l. 1. C. quomod. & quand. iudex sentens. d. l. 73. pr. ff. de iudiciis l. 13. §. 2. C. eod.* Contumax autem quis sit, *ex d. l. 53. §. 1.* patebit. An propter contumaciam non absint, & sententia contra absentes lata nihilominus tenet, sunt enim iudicio permissa, quæ semel ei concedita fuere, hæc autem sententia per appellationem intra præfinitum diem interpositam rescindi potest *l. 73. §. final. ff. de iudic. l. ult. C. quomod. & quand. iudex sentens.*

XXXI. Sunt autem casus, in quibus beneficium appellationis non est necessarium, cum sententia ipso jure sit nulla, ut si die feriato lata fuerit propter iustissimam adversarii excusationem *l. 4. C. quomod. & quand.* si lata fuerit in alio loco, quàm qui causa cognoscendæ à iudice assignatus erat *l. 5. C. eod.* quando utraque parte absente sententia fuerit lata *ex rubric. C. quand. & quomod. ibi: presentibus partibus, vel una parte absente* *Zæf. ad ff. de re iudicat. nu. 10. & 14.* nisi iudex ex officio processerit, tunc enim sententiam valere utraque parte licet absente tradit *Angel. in l. 7. §. 1. ff. de petit. hered.*

XXXII. Quando denique lis non est contestata in absentes ferri nequit *l. 47. ff. de re iudic.* ibi: de uno quoque negotio, presentibus omnibus, quos causa contingit iudicari oportet, aliter enim iudicatum tantum

tum inter presentes tenet. Quid autem quando citatio, libelli oblatio &c. præcesserint, & vel actor vel reus abesse coeperint, obtineat, *vid. Perez. ad Tit. C. quomod. & quand. n. 10.*

XXXIII. An in mortuum sententia ferri possit, quæstionis etiam esse solet & cum *in l. 2. ff. quæ sentent. sine appellat.* dicatur: qui in rebus humanis non fuit sententia dictæ tempore ineffaciter condemnatum videri & §. 1. *ibid.* sententiam adversus eum dictam vires non habere: *l. 39. §. 3. ff. de re judic.* ibi: si quis ex edicto peremptorio post mortem sit condemnatus, non valet sententia. Hoc negare, sententiam quæ defuncto litigatore, quasi viveret latam, invalidam & nullam esse, non dubitamus. Et licet defunctus procuratorem reliquerit, ejus tamen mandatum morte mandantis expirat. §. 10. *J. de mandat.* In Camera autem, si demum post publicatam sententiam mors defuncti in judicio allegata judici innotuerit, sententiam latam in hæredes per interlocutoriam transferri posse, sæpissimè pronunciatum meminit *Gail. r. obs. 109. n. 5.*

XXXIV. Causam materiale, proximo ordine formalis, quæ dat esse rei quæque mutatâ tota perire rei substantia dicitur *in l. 9. §. 3. ff. ad exhibed.* ratione institutioni thesib. inseqq. exponenda excipit. Antequam autem eò dilabimur, norandum: quod ex dispositione juris civilis, multæ hic requirantur solennitates, quæ ad sententiam per se consideratæ essentialiter minime facere videntur *Bachov. in notis ad Wes. de re judic. n. 7. Lit. H.* quasdam etiam definitivæ solùm competere. Forma autem sententiam, *secundum Ampliss. D. Biccium in aure. juris civil. sect. 5. th. 150.* respicit vel personam judicis, vel ligantium, vel

225
vel ipsam sententiæ conceptionem, vel locum ferendæ
sententiæ, vel denique Tempus quo sententia ferenda.

XXXV. Quo ad judicem, requiritur (1.) ut is sit
competens *l. ult. de j. dict.* ibi: extra territorium jus dicenti
impunè non paretur, idem est si supra jurisdictionem
suam velit jus dicere *l. 6. §. 10. ff. de injust. rupt. irr. fact.*
res. l. 28. ff. de rejudicat. l. ult. C. si à non compet. judic. hinc
si judex militaris de causa civili inter paganos judicat,
sententia ejus nulla *l. 2. eod.* nec sententia ejus valebit
qui iussus judicare de possessione, judicat de proprietate.
l. 3. eod. & dati à partibus sententia rei judicatæ vim non
obtinebit, consensus enim partium judicem competen-
tem facere potest eum qui jurisdictioni præest, non eum
qui nullam habet *l. 3. C. de jurisdic. omn. judic.* Non
autem eatenus hæc intelligenda, quasi nullus judex sen-
tentiam proferre possit, nisi is qui jurisdictionem habe-
at; judex enim datus s. pedaneus, licet magistratus non
sit, nec jurisdictionem habeat, *l. 5. ff. de rejudic.* tamen
potest in causis, in quibus ab eo, qui judicem dandi po-
testatem habuit, datus fuit, secundum formulam præscri-
ptam sententiam ferre *l. 28. ff. de rejudic. l. 3. C. de pedan.*
judic. sufficit enim nudam notionem, quæ sententiæ la-
tionem connotat, habeat. *d. l. 5. §. 28. ff. de rejudic. Exell.*
D. Struve in Exer. 4. th. 43.

XXXVI. (2.) Si plures judices sint omnes senten-
tiam ferant, nam duo ex tribus, uno absente judicare
non possunt *l. 39. ff. de rejudic. l. 18. ff. de recept. qui arbit.*
l. 4. C. quando provocat. non est neces. quia omnes judica-
re iussi sunt. *d. l. 39.* nisi cum unus juravit sibi de causa di-
judicanda non liquere *l. 36. ff. de rejudic.* vel absens per
certum nuncium ostendit se iudicio interesse non pos-
se, vel



se, vel aliàs canonicè de eo constiterit *C. 21. extr. de of. fic. & potest. iud. de legat.* hoc enim passu Cæterorum sententia valent *d. l.* Quæritur hic, si à pluribus iudicibus dissonæ sententiæ fuerint latae, quorum sententiæ astandum? Et responderi potest, iudices ratione dissonæ sententiæ latae aut sunt numero impares, aut pares, priori modo majora vota concludunt *d. l. 39.* ibi: statur duorum sententiæ, licet tertius contra sentiat. Si pares, tunc secundum ductum *C. ult. extr. de sentent. & re iudic.* distinguimus inter iudices ordinarios & delegatos, si ordinarii dissonas protulère sententias illa tenet, quæ pro reo est, non pro actore lata, *d. c. final. l. 38. ff. de re iudic. l. 47. ff. de oblig. & act. l. 125. de R. J.* nisi in causa favorabili *d. c. ult. d. l. 38.* puta de matrimonio, de cuius favore agitur in *c. 39. in fin. extr. de appellat. c. ult. extr. de condit. appost. in desponsat.* Libertate *l. 24. §. 10. ff. de fideicom. libertat.* Dote *c. 5. extr. de pignorib. l. 2. de iure dotium.* Testamento *l. 10. de inofficioso testam. aut absolutoria* manifestò fuerit iniqua *Wurms. pr. forens. lib. 1. tit. 1. obs. 3. n. 2.* Si autem delegati dissonas protulère, utraque in pendentem est, s. ex arbitrio delegantis pendet, ea enim obtinebit, quam hic confirmabit *l. 28. ff. de re iudicat. d. c. final. x. de sentent. & re iudic.* Confirmabit autem eam quæ mitior est & minus onerosa, & per quam utrique parti consuli potest *l. 9. l. 56. l. 192. l. 200. ff. de R. J. Maguis. D. Ungepaur. in pralec. publ. ad Decretal. de sentent. & re iudicat.*

XXXVII. (3.) Ferant sententiam sedentes, ut composità quasi mente iustum proferant iudicium *Nov. 82. c. 3. l. 6. §. 6. C. de postul. l. 4. C. de dilat. C. final. de sentent. & re iud. in 6.* ibi: vel quam ab ipso stando, non sedendo

D pro-



proferrī contingit, nullius penitus est mo menti, & hoc in ordinariis plenam requirentibus cognitionem causis obtinet, in summariis verò ubi de plano sine figurâ ac strepitu iudicii fit processus, in arbitrio iudicis est stando an sedendo pronunciare velit *c. 2. vers. sententiam de V. S. Zas. ad ff. de re iudic. n. 8.*

XXXIIX. (4.) Ipsi iudices sententiam partibus legant *l. 1. l. 2. C. de sentent. ex brevic. recit.* Excipiuntur personæ illustres, qui per eos, qui ministerium eis accommodant, sententias definitivas recitare possunt *d. l. 2. quod & jure Canonico concessum c. ult. de sentent. & re iudic. in 6.* Si plures sunt iudices, sufficit ut unus aliis presentibus & mandantibus recitet, perinde enim est, ac si simul ab omnibus sententia recitata esset: Oportet autem, ut is qui recitat non utatur verbis singularis numeri, sed pluralis, dicens: Nos iudices pronunciamus. *c. 4. de sentent. & re iudic. in 6.* Mores autem hodierni quibuscunque iudicibus ferè permisere, ut recitent sententias per suos Secretarios, qui ministerium accommodant *d. l. 2.* & hoc non solum obtinet in sententiâ, quam suo iudicio conscripsit iudex, verum etiam in eâ, quæ ex consilio peritorum prolata fuit *Perez. ad C. de sentent. ex brevic. recit. nu. 5. & 6.* ubi quoque damnat observationem in Supremis Belgii curiis recepram, dum dicit: ibi ne quidem per Secretarios sententias legi, sed descriptas partibus tradi, cum ramen per publicam recitationem minor sit confidentia descendentium ab æquitate & iustitiâ, quæ in omnibus causis decidendis iudici curæ esse debet. *l. 3. C. de iudic.*

XXXIX. Circa requisita, quæ ad partes litigantes quæri potest, an sit necesse, ut ad audiendam sententiam
citen-



555
citentur? & videtur hoc affirmandum per l. 1. §. 3. quæ
sentent. sine appell. nam ibi dicitur nullius momentif
sententia, quando edictum peremptorium propositum nō
est, vel in notitiam absentis non pervenit l. 4. l. 7. C. quo-
mod. & quand. Wesenb. in Parat. de re judic. n. 7. Distin-
guunt autem inter definitivam & interlocutoriam, quæ
rursus absenti non citato magnum gravamen sit alla-
tura, vel in favorem ejus sit lata, aut siquidem contra e-
um, modici tamen præjudicii, & his ultimis casibus ci-
tatione opus non esse per l. 13. ff. ad sc̄tum Trebell. ajunt.
Quando autem citatio necessaria, non requiritur fiat
tribus edictis, sed ubi litigantes satis sunt auditi una suffi-
cit simplex, quæ admonitionis loco quodammodo fungi
videtur l. 2. C. quomod. & quando: in hunc ferè modum:
Es werden die Partheyen auff den 8. hujus zu Eröffnung
der in dieser Sach abgefassen Urtheil hiemit citirt/ mit der
excommunication, wosern ein oder ander demselben nicht ge-
leben würde/ alsdann auff des gehorsamen Theils Erschei-
nen/ mit der publication solle verfahren werden. Aliquan-
do autem tribus opus potest esse edictis propter plures
creditores diversarum provinciarum. Bach. v. ad Wes.
de re judic. n. 7. Lit. K. D. Hahn. ibid. In Camera autem
Imperiali tam ad definitivam, quam interlocutoriam
audiendam citatio non requiritur, sed sufficit partes ad
totam causam semel legitimè citatas fuisse. Gail. 1. obs.
109. n. 3.

XL. Formalia ipsam sententiæ conceptionem re-
spondentia quod attinet, requiritur (1.) ut sententia præ-
cedente causæ cognitione, i. e. allegationibus partium
auditis & examinatis l. 9. C. de judic. ibi: plenâ inquisi-
tione discutere l. 1. & 2. C. de execut. rei judic. l. 7. C. de
sen-

sentent. & re judic. l. 3. C. de sentent. experic. rec. cum de liberatione feratur l. 2. C. de sentent. ex brev. recit. Clement. Pastoralis vers. verum est de sentent. & re judic. nam quod sine causæ cognitione decrevit iudex, id rei judicatæ vim obtinere negatur in l. 5. C. commin. Epist. program. nec omnis vox vel voluntas iudicis sententia est, sed ea tantum, quæ causâ cognitâ profertur. Perez. ad l. 7. C. de sentent. & interloc. Hinc iudicis Epistola, quâ debitorem alterius solvere iussit rei judicatæ effectum non habet l. 2. C. comminat. Epist. & subscriptionem ad libellum datam talem, quæ diversam partem in possessionem fundi mitteret, vim rei judicatæ non obtinere non ambigitur. d. l. 5. eod.

XXI. Quæri consuevit, an sit de substantia sententiæ, ut post conclusionem in causa sit lata? Et cum causa conclusa dicatur, quando utrinque probationibus & allegationibus renunciarunt *Gail. 1. obs. 107. n. 3. Arnol. de Reyg. Exer. Pra. disp. 8. th. 1.* de substantia esse non videtur, & si iudex satis auditis partibus, & præfixo termino peremptorio ad probandum elapso, sententiâ ferat, nullam commissam iri nullitatem puramus. *Auth. jubemus C. de judic. Bach. in not. ad Wes. de re judic. num. 7. Lit. G.* Sic in Camera, quando alterutra pars concludere nolit, iudex eâ invitâ causam in contumaciam pro conclusâ acceptat & pronunciat. *Gail. d. obs. n. 2.*

XLII. (2.) Familiari ac in regione usitatâ linguâ concipiatur, ne quis ignorantia linguarû, quo min9 sententiæ pareat se possit excusare, & cum Romæ latina familiaris erat ob ejus propaginem & venerationem, quæ tanta ut *notante Dionys. Gothof. in not. ad l. 48. ff. de re judic.* ante tempus Ciceronis Romæ nemini licuerit
græ-



græcè orare, eâ sententia concipienda fuit. *d. l. 48. ff. de re judic.* Licet autem decreti hic tantum fiat mentio, tamen constat *ex th. 3. supra* hujus nomine quandoque & sententiam connotari. *Nec obs. l. 12. C. de sentent. & interlocut.* ubi, judices tam Græcâ quam Latinâ lingua sententias proferre posse dicitur. Nam uti ex inscriptione patet, Lex hæc concernit Proconsulem Asiæ, ibi autem in provinciis cum Græca lingua familiaris & Latina usitata & intelligibilis fuit, tam græcè, quàm latine sententia concipi potuit. *C. 7. A. de re jud. th. 76.*

XLIII. (3). In Scripturam conferatur *l. 2. l. 3. C. de sentent. ex brevicul. recit. auth. nisi breves sint. C. eod. c. ult. de sentent. & re judic. in 6.* & hoc fortè ideò, ut judices eò cautius in decidendo agant, cum vivâ voce pereunte scripta maneat, major fortè etiam deliberatio & consultatio in scripto instituat. Scriptura autem constabit claris ac plenis *l. 11. §. 3. ff. de instit. act.* non paucis literis temerè descriptis *l. ult. C. comminat. Epist. program.* quod non de paucis verbis, brevitatis enim orationis, sententiam minimè vitiat *arg. l. 13. C. de donat.* sed de notis, signis sive singulis literis, quarum una posita integrum verbum denotat, inde enim error facile promanare potest. Dubitatur, an hæc scribendi solennitas possit expresso consensu partium omitti? & videtur distinguendum secundum *d. auth. nisi breves sint:* aut causa est vilis s. modici momenti, & cum ipsum jus hic intermissionem scripturæ concedat *d. auth. & c. ult. de sentent. in 6.* etiam ex consensu partium sine Scriptura sententia proferti potest. *l. 3. §. 4. C. de privil. Scholar. lib. 22.* ibi: sed si talis sit negotii utilitas, ut etiam sine scriptis consentientibus videlicet partibus super eo possit



72
cognosci. Aut magna, & sententia omninò scribenda, utpote cum hoc ad evitandas fraudes finiendarum litem causa in utilitatem publicam constitutum sit, cui privatorum conventio derogare nequit *l. 38. ff. de pact. l. 45. §. 1. de regul. J. Arnold. de Reyg. in Exerc. pract. disp. s. n. 11. lit. b.*

XLIV. (4.) Sit certa §. 32. *J. de act. l. 59. ff. de rejudic. l. final. de sentent. qua sine cert. quant.*, cum enim finis sententiæ sit sopire lites, hoc non fiet, nisi per certam prononciationem; aliàs enim ex lite lis oriretur *Perez. ad C. de sentent. qua sine cert. n. 1.* Certa autem dicitur dupliciter 1. quæ per se talis, ut quando ex sententia apparet, quid, quale, quantumque id sit, in quod reus condemnatur *l. 6. ff. de reb. cred. E. G. Titium Sempromio in 10. condemno.* 2. quæ talis per relationem sive demonstrationem, quæ vice nominis fungitur *d. l. 6. ut cum certa quantitas alicubi expressa est, & reus id, quod eo loco continetur, prestare juberetur.* Sic certa est, quæ continet relationem ad libellum, in quo certa quantitas expressa, vel instrumentum obligationis, vel aliud actis causæ injectum *E. G. solve quantum ab actore petita l. 59. §. 1. ff. de rejudic. Quod ex testamento Mævii accepisti restitue l. 5. §. 1. ff. de rejud. Incerta, ut solve, quod debes l. 21. §. 3. ff. de recept. qui arbit. recep. omnem debiti quantitatem cum usuris competentibus solve l. 59. §. 2. ff. de rejudic. & incertum sit, quid debeatur, nullius est momenti; Cum id autem ex actis vel aliunde appareat, & usurarum quantitas ex jure intelligatur, uti hodiernum ex Constitutione publica des deputations Tags zu Speyer certum est, quod in nostra Rep. s. pro 100. debeantur, ejusmodi sententiam valere, nullum red-
fider*



fidet dubium *Perez. d. loc. n. 3. Hahn. ad Wes. de re judic.*
n. 7. Incerta autem sententia admittitur ob favorem fisci, quando indemnitas præstari Reip. jubetur: in actionibus alternativis, noxalibus §. 1. *J. de offic. jud. & quæ ejusmodi alia in executione postmodum liquidanda. Joan. Schneidev. ad J. §. 32. de act. n. 28. & seqq.* Quæritur hic, an causa sententiæ exprimenda? Et cum causa sententiæ cum ejus certitudine quantitatem s. rem petitam respiciente nil commune habeat, *Bach. in not. ad Wes. de re jud. n. 7. lit. M.* propterque innatam hominibus dissentendi libidinem periculosum sit eam inferre, falsa quoque & inepta vitium sententiæ inferat *Wesensb. in parat. de re judic. num. ult.* satius erit eâ abstinere, quàm exprimere, propter autoritatem enim judiciariam sententiæ, etsi causa expressa non sit, præsumitur justa, omniaque legitimè processisse *c. 16. extr. de sentent. & re judic.* In quibusdam tamen Germaniæ Provinciis teneri judicem causam sententiæ exprimere uti, in Marchia Brandenburgensi testatur *D. Hahn. ad Wes. de re jud. n. 7.* In criminalibus etiam causa sententiæ inseri solet *V. G. daß Beklagter wegen des begangenen Todtschlags das Leben verwircket/ und daher mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode zu richten sey n.*

XLV. (5.) Sit plena, quia ita in partes scindi nequit, ut eâ de re, quæ in judicium protracta est, partim judicetur, partim non, cum res judicata ex uno judicio nõ possit in partem valere, in partem non *l. 27. ff. famil. eriscund.* quod tamen respectu personarum intelligendum; nam condemnationes & absolutiones in omnium personas faciendæ, ommissa enim damnatio vel absolutio in alicuj9 persona facit, id, ut quod iudex in cæterorū per-

personis fecit, non valeat *d. l. 27.* non autem respectu rerum; si enim plura sunt litis capita, sententia rectè de uno fertur, altero omisso. *l. 25. C. de sentent. & interlocut. l. 41. ff. famil. ercisc.* nam tot intelliguntur sententiæ, quot diversæ litis species. *Gail. 1. obs. 63. n. 7. & 8.* Hinc sententia in diversis articulis absolutionem & condemnationem continere potest, & iudex appellationis sententiam partim confirmare, partim reformare, quando nempe separabilia & diversa continet capita, nam quando obiectum sententiæ separationem non recipit, totam aut confirmabit, aut reformabit; ejusmodi enim sententia est individua. *Gail. 1. obs. 109. n. 1. 4. & 5.*

XLVI. An sententia conditionem admittat, an verò pura esse debeat? controversatur. Et quanquam negativè potius hanc quæstionem quis decidat, eò quod per conditionem appositam proposita quæstio, non ut requiritur, determinetur, sed maneat in pendenti, tamè verius, quod licet non sit dicenda sub conditione, dicta tamen si fuerit, subsistat, maximè cum *in l. 1. §. 5. ff. quando appelland.* à tali sententia intra legitima appellationis tempora, quæ & hic statim à pronuntiatione computantur, nisi eam velit in rem judicatam transire, appellatio facienda dicitur: Non autem promiscuè de omni conditione hoc intelligendum, nam appositæ conditio aut potest sine novâ iudicis cognitione evenire & purificari, & sententiam non vitiat v. c. si navis ex Asia venerit, si juraveris *l. 11. C. de sentent. & interloc.* post impletam enim conditionem statim sine nova iudicis cognitione sententia est purificata, aut existente conditione non purificatur, sed novam adhuc cognitionem requirit v. c. absolvo te si probaveris intentionem tuam, & ejusmodi
con-



conditione implicata sententia nullius momenti. Cum enim prius liquere debeat quid probandum, & causa cognitione precedente an probatum an non: ordo iudiciorum per hanc quodammodo intervertitur: sententiam autem contra hunc latam rei iudicatæ autoritatem non obtinere certum est, *l. 4. C. de sentent. & interloc. Perez. ad Cod. de sentent. & interloc. n. 26. & 27.*

XLVII. (6.) Contineat absolutionem vel condemnationem, vel utrumque in diversis capitulis *l. 3. C. de sentent. & interlocut.* his enim duobus modis lis maxime finitur *l. 1. ff. de re judic.* sic suasio iudicis, sententia non audit, nec omnis ejus vox iudicati autoritatem continet, cum potestatem sententiæ certis finibus concludi sit constitutum *l. 7. C. de sentent. & interlocut.* hinc præceptum iudicis, quo iusjurandum solum præstari præcipit, nec addit quid ex recusatione vel præstatione sacramenti fieri oporteat, nullam sententiæ vim obtinere palam est *l. 1. r. C. de sentent. & interlocut.* Non autem necesse est, ut præcisè verbo condemnationis vel absolutionis, sed perinde est, quo æquipollenti verbo iudex utatur, sic sufficit, si expressam in sententia summam solvi iusserit, vel præstari, vel alio verbo hoc significaverit *l. 59. pr. ff. de re judic. Wes. de re jud. n. 7. v. c.* Dasi beklagter die geklagte Hauptsumme der 300. Rthl. Klägern zu bezahlen / schuldig / und darzu zu condemniren und vertheilen sey. Aber dan hiemit darzu condemnirt und vertheilet wurde. Lex enim certam expressionem & verborum tenorem hic non exigit *Gail. 1. obs. 2. n. 6. Zes. ad ff. de re judic. n. 97. Perez. ad C. de sentent. & interlocut. n. 25.*

XLIX. (7.) Non sit ex falsis instrumentis lata, *tot. tit. C. si ex fals. instrum. judic.* Si enim condemna-

E tus

tus probabit adversarium falsis instrumentis usum, judicem que instrumentorum illorum fidem in concipiendâ sententiâ sequutum fuisse, sententia est ipso jure nulla *l. 33. ff. de re judic. l. 75. vers. Marcellus ff. de judic. l. 2. l. 3. C. si ex falsis instrum. l. unic. C. de sentent. advers. fisci. retract.* executio suspenditur, imò non obstante exceptione rei judicatæ soluti repetitio datur *l. 11. ff. de except. rei judic.* Idem obtinere putamus si ex falsis testimoniis sententia sit lata *d. l. 33. ff. de re judic. Rub. Cod. si ex fals. instrum. vel testimoniis. sent. sit lat.* si ex falso jurejurando *l. 31. ff. de jurejur.* his enim non minus circumscribi potest iudex, quàm instrumentis falsis, prætereaque instrumentorum nomine latè venit id, quo causa instrui potest, & ita tam testimonia, quàm juramenta includit *l. 1. ff. de fid. inser. Wesenb. in Parat. de fid. instrum. n. 1.*

XLIX. (8.) Sit legibus, Constitutionibus, & probatis moribus congrua *pr. J. de offic. jud. anth. jubemus C. de judic. ibi:* iudex omnibus modis sententiam legibus & moribus consonantem proferat *l. 13. C. de sentent. & inserloc. Nov. 24. c. 2. Nov. 25. c. 2. Novel. 115. c. 2. & alibi.* Quæ enim expressè contra leges, contra jus constitutionis ipso jure est nulla, sic ut ab eâ appellare non sit necesse *l. 19. ff. de appell. l. 1. §. 2. ff. qua sentent. sine appell. l. 2. ibi* sententiam contra manifestam juris formam datam, nullas habere vires palam est & *l. 5. C. quand. provoc. non est neces. v. c.* Si Titio volentis à cura muneris, vel tutelæ beneficio liberorum, vel aratis, vel privilegii excusare iudex dixit: nequè filios, nequè aratam, aut ullum privilegium ad muneris vel tutelæ excusationem prodesse. *d. l. 1. §. 2. ff. qua sentent. sine appell.* hac enim iudicis pronuntiatio, cum expressum contineat errorem,

rem, contra jus constitutionis ipso jure nulla *C. 13. in fin. extr. de sen. & re judic.* nec hinc valet sententia quæ expressim contra juris rigorē data fuit *l. 19. ff. de appellat.* iudex enim planè à lege recedere non debet, sed eam servabit, licet duram *l. 12. §. 1. ff. qui & à quib.* nam est legum minister, nō moderator, nec ab earū præscripto recedere potest prætextu æquitatis, hoc enim esset non interpretatione laxare leges, sed frangere correctione, quod soli reservatum Majestati *l. 1. l. 9. C. de ll.* Si verò sententia non contineat errorem expressum, i. e. Contra leges lata quidem sit, at non palam & apertè, censetur magis contra jus partiū, quam constitutionis lata, proindeq; valet, & ni appellabitur in rem judicatam transit *l. 1. §. 2. ff. de sentent. qua sine appell. d. c. 13. extr. de sentent. & re jud.* hinc si iudex non expressè debitorem in usuras usurarum contra leges *l. 26. §. 1. ff. de condic. in deb. l. 28. C. de usur.* sed in certam quantitatem quæ sortem & usuras usurarum complectitur condemnavit, sententia valet in rem judicatam transire, & judicati agi potest. *l. 27. ff. de re jud.* sententia enim per omnia ritè celebrata *C. 13. extr. de sentent. & re jud.* & propter autoritatem judiciorum omnia legitime processisse præsumuntur *c. 16. eod.* Valet quoque sententia quæ quidem contra leges est lata, at quarum ambiguus intellectus, ut cum non existimat iudex, causam, de quâ judicat, per constitutiones juvari *l. 32. ff. de re judic.*

L. (9.) Sit libello conformis. *Clement. sepè §. verum quia. de V. S.* quo ad rem petitam *l. ult. C. de fideicom. libertat. l. 18. ff. commut. divid.* & causam petendi, sic à quo petuntur 100 ex causa mutui non potest condemnari in 100 ex causa depositi. Non autem necesse est

E 2

ut



ut sit conformis quo ad libelli conclusionem, omnis enim alias sententia contineret condemnationem, quia actor reum in conclusione libelli semper condemnari petit, cum tamen iudex actori non probante, vel ob alias qualitates reum absolvere interdum possit *l. 4. C. de edend. l. 2. C. de probat. l. 28. C. de R. V. l. 128. ff. de R. J.* Superiores autē iudices ut Imperator, Papa, licet enim secundum leges vivere conveniat, tamē cum, quo ad solennitates, iis soluti sint *l. 31. ff. de ll. solā facti veritate inspectā pronuciare valent Joan. Schneid. v. ad J. §. 32. de act. n. 40. & duobus seqq.* Cum Inferiores actori, quod libello non est comprehensum, adjudicare nequaquam possint *d. l. 18. ff. commun. divid. & l. ult. C. de fideicom. lib.* Perinde autem est, sive res expressē libello comprehendatur, sive tacitē & virtualiter inclusā in repetitā fuerit *l. 43. §. 6. ff. de adil. edict.* ibi enim sub estimatoriā institutā, redhibitoria continetur, si tale nimirum vitium in homine sit, ut cum ob id actor empturus non fuisset *l. 25. §. 1. ff. de except. rei judic.* indeque licet estimatoriā actum sit, officio tamen iudicis continetur, ut reddito mancipio pretium recipiatur *d. l. 43. §. 6.* pari modo fructus institutā hereditatis petitione tacitē petiti censentur, etiam si eorum nulla sit facta mentio in libello, veniunt enim jure actionis, cum hereditas utpotē decrementum & augmentum recipiens, iis augeatur, pratereaque eorum licet expressē non petitorum iudex rationem in sententia habere debet. *l. 20. §. 3. ff. de hered. petit.* Rei autem vindicatione intentatā, non potest iudex fructus, nisi petitos (exceptis iis, quidurante iudicio & post percepti sunt, horum enim rationem ut habeat, ipsā restitutionis vis requirit, omnem à litis contesta-

testatione causam continens, h. e. omne id, quod habiturus erat actor, si tempore litis contestata res ipsi restituta fuisset §. 3. *J. de offic. jud. l. 20. l. 23. ff. de R. V. l. 25. §. 8. ff. de adilit. edict.*) adjudicare d. l. 25. §. 8. *ff. de adilit. edict. l. 10. ff. de usur.* iudex enim non supplet actionem in his quæ facti *l. unic. C. ut quæ desunt advoc. parti.* Deinde illius quod in consequentiam rei petita venerit, ut quando petiti præstatio, vel quia periit, vel quia per alium stat, quo minus dare vel facere possit, est impossibilis, impossibilitium enim nulla obligatio *l. 185. de R. J.* etiamsi in libello nulla facta ejus esset mentio, iudex merito rationem habere potest *l. 12. ff. l. 4. C. de act. empt. & vendit.* In Criminalibus denique, in quibus & libellus sine conclusione procedit, iudex pro modo meriti non solum levioerem, verum etiam majorem quam petiit actor, poenam reo imponere potest, non est enim in istis libello adstrictus *l. 13. ff. de pænis. Joan. Schneid. ad J. §. 32. de act. n. 40. & seqq. Perez. in erotem. J. §. 2. de offic. judic. & ad Cod. de sentent. quæ sine cert. quant. n. 9. Hahn. in observat. ad Wesf. de rei vindic. nu. 7. & de re jud. n. 7.*

LI. Denique (10.) sententia secundum probationes concepta esse debet. *l. 1. ff. de offic. Præf. l. 10. §. 3. ff. de edend. l. 4. C. eod. l. 2. l. 5. l. 9. C. de R. V.* hinc à Collegiis Actorum sententiæ subjici solet clausula: *Das die Urtheil den uns zugeschiekten actis, und den rechten gemess bekennen wir.* non autem secundum conscientiam. *VVesf. in parat. de probat. n. 10.* Est enim hæc tutior ratio litium finendarum, accedit quod iudex, non ut persona privata, sed ut publica scire debeat veritatem, eam non aliunde quam ex actis & probatis in iudicio co-



gnosceret oportet, alioquin si iis contemptis, aut deficientibus liceret iudici, secundum ea, quæ sciret iudicare, simul testis & iudicis fungeretur partibus, quæ tamen pariter in una eademque persona convenire nequeunt *Perez. in erotem. J. pr. & §. 1. de offic. iud. nec possit supplere ea, quæ facti & ad acta pertinent l. unic. C. ut qua def. advoc. iud. suppl. ne patrocinari potius, quam iudicare videatur l. 6. pr. C. de postul. & quamvis ea, quæ facti, iudici sint nota, non tamen ab eo sunt supplenda, notorium enim licet relever ab onere probandi, non tamen à necessitate allegandi c. 9. ext. de accus. ibi Dd. Perez. ad C. ut qua defunt advoc. n. 1. & 2. Bachov. ad VVes. de probat. num. 10. ubi dicit: Iudicem, si de controversia aliter constet, quam ex actis appareat rectius facturum, si in illa causa officium iudicis deponat, addens: de hoc magis in idea & speculativè potius, quam practicè tractari, cum iudex nequeat conscientiam suam ejusque veritatem aliis approbare, cum ipsi unico, hætenus privato non credatur, sed v. c. duobus vel tribus testibus, qui jurato deposuerunt, fides habeatur l. 25. C. de probat. D. Hahn. in observat. ad VVes. de probat. n. 10.*

LII. Locum ferendæ sententiæ, qui jus dicitur in *l. 11. ff. de justit. & jur. quod attinet, is sit consuetus & publicus, non secretus l. 5. C. quomod. & quand. iud. sentent. profer. ubi irrita dicitur sententia, & nullum generare præjudicium, quæ in loco secreto dicta fuit arg. c. 7. caus. 15. quest. 7. Ipsi igitur magistratus sententiam ferant coram tribunali, iudicibus aurem datis s. pedaneis, ita dicti, quod non pro tribunali, sed in suppedaneis & minoribus subselliis iudicabant *Perez. ad C. de pedan. iudic. n. 1. donec certa ac fixa sedes per Novell. 82. c. 3. assigna-**

gnataerat, à majoribus magistratibus, locus iudicandi designabatur *l. 59. ff. de iudic.* Interdum alibi quàm loco consueto ferri sententia poterit, idque vel ratione objecti in quo de pleno proceditur *l. 18. §. ult. ff. de quest.* vel ratione necessitatis, ut cum iudex vel litigantes in locum consuetum, ob luem contagiosam vel belli intemperiem tutò venire nequeunt. Sic delegatum super turri vel equo, ut tuto effugere possit, sententiam ferre posse notat *Arnold. de Reyg. in Exercit. pract. disp. 8. th. 13. lit. A.* Sunt & alii casus, de quibus vide *C. I. A. de re iudic. n. 7. Wesenb. in parat. dere iud. & ibid. innot. Bach.*

LIII. Ad tempus denique ferendæ sententiæ pertinet (1) ut interdum feratur, ante crepusculum noctis *l. 2. §. 31. ff. de origin. jur. C. 24. extr. de offic. & potest. iud. delegat.* ubi loco rationis additur veritatis testimonium, qui male agit odit lucem *Arnold. de Reyg. dict. loc. lit. B.* (2.) Tempore præscripto, si enim iudex alieniore tempore sententiam dedisse proponatur, superior, appellatione submotâ, ex integro inter partes cognoscet *l. 6. C. quando provoc. non est neces.* Partes autem tempus, nisi sit ordinarium finiendis litibus præscriptum sc. biennium in criminali, triennium in civili causa *l. 13. §. 1. C. de iudic.* è re enim Reip. cum sit litis eâ quâ potest celeritate finire, privatorum prorogatio hic nihil operari valet *l. 38. ff. de pact.*, prorogare possunt *Zaf. de re iud. n. 17.* (3.) Diebus iudicis s. fastis non festis *l. 6. l. 9. ff. de feriis l. 7. C. eod. l. ult. C. quomod. & quand. iudex.* Queritur an & hoc obrineat in criminalibus? & respondetur regulariter *l. 6. C. de feriis* nam limitatio hujus in *l. 10. eod.* continetur quoad latrones de Jsauria & crimina graviora *D. Hahn. ad Wesenb. de feriis. n. 5.* Feriæ autem hic intelli-

intelliguntur tam cultui divino, quam auspiciis sive ortus sive imperii Principis, & utilitatibus privatis, ut vindemiarum, messium, dicatae *l. 6. ff. de feriis l. 7. C. eod.* In utilitatem autem privatorum introductis renunciari potest, proindeque sententia in iis lata plenam continebit firmitatem *l. 6. ff. d. feriis.*

LIV. Tandem ad causam finalem accedendum erit, quæ est litium ac controversiarum legitimo facta modo determinatio ac extirpatio *l. 13. §. 2. l. 19. §. 1. ff. de recept. qui arb. l. 1. §. 10. ff. de novi operis nunci. C. 2. x. de sentent. & rejudic.* Cum enim ante introductionem judiciorum armis, bellis ac duellis maximâ Rerump. ruinâ, justissimâ enim fovens causam sæpissimè succumberet, vincula publicæ convellerentur quietis: introductâ, justitiâ virtutum Reginâ suadente, judiciorum autoritate, omnia ordine cægerunt, pristinæ salutis ac firmitati Reip. restituta fuerunt, cessantibusque ultionibus privatis mira iis accessit virtus ac robur, ut adeo tutissimum hoc ac justissimum litium finiendarum remedium negligentes, qui sibi ipsis quodammodo jus dicere satagunt, non immeritò gravissimis coerceantur poenis *§. 1. J. de vi bonor. rap. l. 10. C. unde vi.*

LV. Absolutis causis ad sententiarum effectum progredimur: autem cum varius & multiplex pro ratione sententiarum, quæ aut definitiva, aut interlocutoria, aut in rem judicatam transivit: vel per lapsum 10 dierum *autb. hodie C. de appellat. C. 15. §. taliter x. de sentent. & rejud.* vel latâ sententia condemnatoriâ per petitionem dilationis ad solutionem, nam petens tacitè sententiæ acquievissè videtur *l. 5. C. de rejudic.* talis itaque sententia etiam ante lapsum 10 dierum statim in rem judicatam

catam transit, ut & illa, quæ vel ante vel post appellatio-
nem expressè fuit approbata *l. 3. C. quomod. & quand. judex. sentent.* aut non transivit, nobiliores ne coeptum
nimis excreseat, ejus species breviter saltem contem-
plabimur.

LVI. Primus itaque esto, quod sententiæ, quæ
transivit in rem judicatam, tanta sit autoritas, ut ei sine
contradictione sit parendum & standum *l. 1. C. de re judi-
cat. l. 32. ff. eod. l. 1. C. de his qui per metum jud. non appel-
lar.* hinc post sententiam exceptiones, nisi primo pro-
pter qualitatem sententiæ, ut si illa nulla dicatur, vel et-
iam propter restitutionem in integrum possit retractari
l. 36. ff. de minor. l. 16. §. 5. eod. vel propter privilegium,
ut Sæti Velleani, Macedoniani Mulieribus ac filiis fami-
lias *l. 11. ff. de Sæto Maced. & militibus l. 1. C. de juris & fact. igno-
r.* cõcessum, vel propter qualitatem ipsarũ exceptio-
num, quarũ non una species, ut exceptiones competen-
tiæ, modũ executionis temperantes *l. 41. §. fin. ff. de re jud. l. 17. §. final. solut. matrim.* cedendarũ actionũ & c. *VVes. de
except. præscript. n. 10. Bachov. & D. Hahn. in nor. ibid.* non
audiuntur *l. 2. C. sentent. rescind. non pos.* compromissum
Bald. ad *l. 32. C. de transact. nu. ult.* & transactio, quæ rei
litigiosæ non sopitæ decisio, secus ac ubi sententia non-
dum in rem judicatam transivit, quando appellatum est
l. 7. ff. de transact. non admittuntur *l. 32. C. de transact.*
post rem enim judicatam nihil amplius de eâ quæritur
l. 56. ff. de re judic. & instaurari finita, rerum judicatarum
non patitur autoritas, *l. 5. C. de re judic.* adeò, ut nec præ-
textu erroneæ computationis, secus ac instipulatione
interpositâ, & rationibus sapius redditis; hæ enim præ-
textu erroris calculi, qui veritati præjudicium hic affer-

F re nc.



re nequit, denuo retractari possint *l. unic. C. de errore calcul.* nec sub specie novorum instrumentorum postea repertorum, quibus iniquitas sententiæ manifestò demonstrari potest, res judicata restaurari queat *d. l. unic. C. de error. calcul. l. 27. ff. de except. rei judic. l. 35. ff. de re judic. l. 4. C. eod.* nullus enim esset aliàs litium finis *l. 2. C. de re judic.* Fallit tamen hoc (1.) in negotio publico, nam in illo res judicata rescindi, & causa ex integro agi potest *l. 35. ff. de re judic. l. unic. C. de sentent. advers. fisco. l. 1. retrac.* (2.) Si instrumenta dolo adversarii fuerunt occultata, quo perduci non potuerunt *l. 19. C. de transact.* (3.) Si quis ex instrumentis noviter repertis probare valet, de cære olim contrariam sententiam prolatam *l. 1. C. quand. provoc. non est neces.* (4.) Si ex privilegiata probatione sententia fuerit lata *l. 31. ff. de jurejur.* (5.) Si *strum.* noviter repertum producit ad effectum agendi proponendique novam causam, v. c. cum argentum testamento legatum esset, quis cum herede putans mentis duntaxat legatasegerit; postea de argento agere nihilominus potest, non enim ei obstabit rei judicata exceptio, quia non fuit petitum, quod nec actor petere potuisset, nec iudex in iudicio sensisset *l. 20. ff. de except. rei judic.* petitio enim & decisio fuit utraque specialis, ideoque ad res alias non erit extendenda, accedit & favor ultimæ voluntatis, per quam nec transactio, quæ similis in hac parte sententiæ, rata non est *l. 6. C. de transact. l. 6. ff. eod.* non obstante secundum Donellum in comment. ad *l. 25. ff. de re judic. textus l. 35. ff. & l. 2. C. de re judic.* generalitate. Secus autem est, ubi testamentum noviter repertum ad effectum excipiendi aut oppugnandi, quod
iam

jam alteri adjudicatum fuit productur, hoc enim casu, quia iudicati tanta autoritas, ut rescindi nequeat, etiam si, pro quo pronunciatum est, nihil deberi postea confiteri, sententiæ semel latæ standum *Vves. in parat. de re judic. n. 8. Fachin. lib. 1. controvers. c. 52. Perez. ad Cod. de re judic. n. 2. & 3. D. Hahn. ad Vves. de re jud. n. 8.* Verum enim verò, si testamentum noviter inventum producitur ad effectum agendi proponendiq; novam causam, repenitius inspectâ, non tam videtur sententia prius lata retractari, quàm de causa prius in iudicium non deductâ noviter ferri *d. l. 20. ff. de excep. rei judic.*

LVII. Quaritur hîc, si quis probabili ignorantia impeditus instrumenta in iudicio non produxerit, an sententia lata retractari possit? Et quanquam quidam hoc affirmare ausint, verior tamen negantium videtur opinio, tum propter generalitatem textus *l. 35. ff. & l. 2. C. de re judic.* tum quod ignorantia facilè pratendi & rerum iudicatarum autoritas labi possit, accedit quod jus quæsitum, quod sententia tribuit: *Magnificus, Amplissimus ac Consultissim9 Dn. D. Christophorus Philippus Richter Jctus per Germaniam celebratissimus, Juridicæ Facultatis Senior, Præceptor meus atque Promotor observantissimè perpetim colendus in tractatu de jur. & privileg. creditorum cap. 7. num. 115.* alteri auferri nequeat, etiam si iudex moriturus improbè à se latam sententiam pronunciarit *Bachov. ad Treuil. de re judic. th. s. Lit. D. & ad Vves. ead. tit. n. 8. lit. Q. Hahn. in not. ibid. Perez. ad C. eod. n. 5.*

LIX. An ex præsumtionibus lata sententia, contrariâ probatione postmodum reproductâ, retractari possit? dubitari quoque solet, & licet & hic sint, qui affirmativæ subscribant, tamen negativam veriozem pro-



nunciare non dubitamus ; nam quantum ad præsumptionem juris, & de jure attinet, de illa nullum dubium, cum probationem in contrarium non admittat. *c. 30. x. de sponsal. juris autem & judicis præsumptio licet admittant eam, tamen cum & species sint probationis artificiosæ Bachov. in nor. ad Wesf. de probat. & præsumpt. n. 41. lit. ff. & Hahn. ibid. ut & n. 4. ex probationibus autem & instrumentis lata, etiamsi nova postea veritatem indicentia inveniatur, non retractatur l. 35. ff. l. 4. C. de re judic. nec sententia ex illis lata rescindi potest.*

LIX. (2.) Quod judex sententiam semel latam mutare vel corrigere nequeat *l. 55. l. 62. ff. de re judic. l. 27. pr. ff. de pænis l. 2. C. de sentent. ex brevicul. recit.* hoc autem cum absolute positum, nequaquam procedat, sed adhibitâ distinctione (1.) inter sententiam ipso jure nullam & subsistentem. (2.) inter definitivam & interlocutoriam (3.) inter judices ordinarios & delegatos, expediendum erit. Ordinarius igitur aut protulit sententiam ipso jure nullam, & potest eam mutare, de negotio ex integro cognoscere, & quod optimum est statuere *l. 59. §. 3. ff. de re judic. l. 4. C. de accus.* judex enim sententiam nullam proferens, officio suo functus pronunciari non potest *l. 1. C. de sen. & interlocut.* nec condemnationis verbum tenet, si sententia aliqua ratione nullius momenti *l. 4. §. 6. ff. de re judic.* indeque nullitas sententiæ ejusvè querela deduci potest vel coram eodem ordinario, qui nulliter judicavit, vel coram giudice appellationis. *Joachim. Schnob. in dispnt. jurid. ad L. lib. ff. disp. ult. th. 15. ubi allegat Gail. 1. obs. 127. nu. 5. & seqq.* aut ipso jure subsistentem, licet injustam, & eam mutare nequit *l. 42. ff. de re judic.* judex enim esse definit, qui se-

mel

567
mel officio functus, sive benè, sive malè. *d. l. 55. ff. de re
judic.* adeò ut licet perperam judicarit, non possit ta-
men ne eodem quidem die iterum judicare *l. 62. ff. de re
judic.* interim tamen quæ ad consequentiam jam statu-
torum pertinent, priorique sententiæ defunt, circa con-
demnandum reum vel absolvendum eodem die sup-
plere potest. *d. l. 42. ff. de re judic.* verba sententiæ obscu-
ra interpretari *l. 4. §. 1. ff. de appellar.* eademque, tenore
sententiæ manente, mutare *l. 46. ff. de re judic. C. I. A.
ibidem th. 70. & Zas. nu. 104. cum sequent. Perez. ad C. de
sentent. & interlocut. n. 31. cum seqq. & ad Tit. sentent. re-
scind. non pos. n. 5.*

LX. Interlocutoriam quod attinet, eam ad defini-
tivam usque potest retractare, augere, corrigere & mi-
nuere pro arbitrio, quod enim prætor jussit, contrario
judicio rollere potest *l. 14. ff. de re judic.* ratio, quia profe-
rendo interlocutoriam, Judex statim esse non desinit,
nec ejus officium expirat, sed ad definitivam usque du-
rat, cum interlocutoria plerumque causam non peri-
mat *l. 9. C. de sentent. & interlocut.* unde non obtinet in
interlocutoria vim definitivæ habente, quam perinde
ut definitivam ex identitate rationis mutare nequit. Ju-
dex datus demum nihil horum facere potest, cum no-
tio ejus sententiâ latâ statim expiret, ideoque si ratione
sententiæ quid immutandum, id alteri judici denuo de-
legari debet. *l. 4. C. quomod. & quand. jud. sentent. pro-
fer. l. 1. C. de sentent. ex brev. recitant. Perez. ad Cod. sen-
sent. rescind. non pos. n. 5.*

LXI. (3.) Jus faciat inter partes, inter quas lata. *c. 13. x.
de sentent. & re judic.* eisque solis sit commodo aut in-
commodo, nec aliis quicquam conferat *tot. tit. C. res in-*

402
*rer alios act. vel jud. aliis non nocer. l. 2. C. quib. res jud. non
noc. ibi:* res inter alios judicata, neque emolumentum
afferre his, qui iudicio non interfuerunt, neque præjudi-
cium solent irrogare, & hoc tam in criminali, sic sen-
tentia qua quis adulterii est damnatus, non nocet mu-
lieri, quæ iudicio non interfuit, sed adversus eam aliud
instituendum est iudicium *l. 12. C. ad l. Jul. de adult.* quan-
quam favor absolutionis, qui contingit ejus socio cri-
minis, ad ipsam quoque pertineat. *l. 17. §. 6. ff. ad L. Jul.
de adult.* quam civili obtinet causa *l. 3. C. quibus res judic.
non noc.* hinc licet defunctum sibi debitorem fuisse quis
affirmet, & quosdam de heredibus solvisse, tamen cæ-
teri non aliàs ad solutionem urgentur, nisi debitum &
contra illos fuit probatum *l. 1. C. res inter alios act. vel
probat.* & hoc procedit etiam si heres sciverit cum here-
de suo actum *l. 63. prin. ff. de re judic.* licet enim sciat, ta-
men eum prohibere nequit propriâ defensione utatur
d. l. 63. vers. cur autem his: pari modo, si ex duobus peti-
toribus alter victus acquieverit, alterius petitioni, quo-
minus agere possit, non præjudicatur *d. l. 63. pr.* etiam si
negotium, quod alius habet, simile omninò ei sit, super
quo sententia dicta *l. ult. C. quib. res judic. non noc.* tum
quod non exemplis sit judicandum, sed legibus *l. 13. C. de
sentent. & interlocut.* tum quia hic in simili, vel in eadem
causa in probando, agendo, defendendo alius esse pot-
est, non enim satis est eandem causam agi, si diversitas
sit personarum, hac namque facit ut alia causa, & alia
res intelligatur *l. 12. 13. 14. & 22. ff. de except. rei judic.* ac-
cedit quod licet ratione causæ & personarum sit sum-
ma paritas quo ad agendum, probandum, defenden-
dum, alter fortè æquiores & magis religiosum iudicem
nan-



nancisci possit *l. 17. §. 6. ad legem Juliam de adult.* Interim tamen paritas vel causa identitas contra alterum aliquam praesumptionem, per quam iudex ad similiter pronunciandum promptior redditur, afferre potest: *l. 5. pr. ff. de appellat.* & haec de regula dixisse sufficiant.

LXII. Exceptio est, cum quis de ea re cujus actio vel defensio primum sibi competit, sequentem agere patitur *l. 63. vers. scientibus. v. c. si creditor patitur experiri debitorem super proprietate pignoris, aut maritus socerum, vel uxorem de proprietate rei in dotem accepta, aut possessor venditorem de proprietate rei emptae, sententia contra debitorem, socerum vel uxorem, venditorē lata, creditori, marito, & possessori nocebit, cum ex voluntate horum de jure, quod ex personis agentium habuerunt, judicatum sit d. l. 63. vers. cur autem his: permittens enim catenus alterum agere iudicato consentire videtur C. 25. x. de sentent. & re judic. necesse igitur ut hic sciverit quis, causam agi d. l. 63. vers. scientibus l. 4. §. 4. de appel. ubi absentis & sic ignoranti creditori nullum praedictum debitor facere potest. Porro sententia uni dicta & alteri nocebit, quando hujus jus pendet à jure ejus, qui egit, quo sublato, tollitur & jus posterioris v. c. quando testamentum in officiosum adversus heredes se defendentes, nec collusorie in necem libertatum & legatorum agentes fuerit pronunciatum, nec provocatum, hoc & legatariis praedictat: legata enim ex testamento rescisso olim, nam hodie propter *Novell. 115. c. 3. & auth. Ex causa. C. de liber. praterit.* testamentum per querelam in officiosi quo ad solam institutionem, per quam etiam solum peccatum existit, rescinditur & evacuatur, reliqua vero capitula nempe legata & fideicommissa salva
ma-*

202
maneat, peti non poterant *l. 8. §. 16. ff. de inofficiof. test. Zæf. de rejudic. n. 130. & 131. Perez. ad Cod. quib. res judic. non noc. n. 3. 5. & seqq. C. I. A. de rejud. th. 74.*

LXIII. (4.) Producat actionem judicati *l. 4. §. 3. ff. de rejudic. l. 3. §. 11. ff. de peculio & quamvis in l. 29. ff. de novat.* dicatur aliam causam esse novationis voluntariæ, aliam iudicii accepti, indeque quodammodo colligi possit, litis contestatione ut novatione necessaria, novam hanc actionem introduci, non tamen habet hunc sensum, ut ex ea quasi contractu hæc detur actio, sed demum subsecutâ sententia seu iudicato *d. l. 3. §. 11. ff. de pecul.* ubi Ulpianus dicit, non originem iudicii spectandum, sed ipsam iudicati veluti obligationem, quam parit sententia condemnatione *vid. l. ult. C. de usur. rei judic.* ibi: si enim novatur actione iudicati prior contractus. Quæ tamen verba non ita intelligenda, quasi actio iudicati per sententiam introducta priorem actionem cum qualitatibus suis penitus tollat, nam prioris actionis qualitates, conditiones & commoda transeunt in actionem iudicati, hinc pignora, quorum ea est conditio, ut demum satisfactione solvantur *l. 16. §. 6. ff. de pignor.* etsi creditor debitorem iudicatum fecerit non liberantur *l. 13. §. 4. ff. de pignorib.* nec fideiussores, qui non litis exercitationis tantum, sed totius causæ accepti fuerint, reo condemnato liberantur *l. 8. §. 3. ff. de fideiuf. & mandat.* actor enim litis contestatione, subsecutâ deinde sententiâ, conditionem suam non deteriorem, sed meliorem facit *l. 86. de R. J.* & hinc hæc novatio à Dd. Cumulativa, quod rei iudicatæ actionem augeat, dici consuevit *Bach. in not. ad Wesf. de novat. n. 3. Lit. C. ibiq. Habn. Zæf. ad ff. de novat. n. 6. 7. & 8.*

LXIV.

LXIV. (s.) Exceptionem *res. rei. ff. de except. rei judic.* ne enim modus litium multiplicatus summam atque inextricabilem faciat difficultatem, maximè si diversa pronunciarentur, probabili ratione placuit singulis controversiis singulas actiones unumquodque; iudicati finem sufficere: indeque sententiam parere rei iudicatae exceptionem frequens est *l. 6. ff. de except. rei judic.* Hæc autem exceptio cum sit juris, uti Dd. loquuntur, non facti, siue enim in rem, siue in personam in iudicio fuerit actum, nihilominus obligatio durat, & ipso iure de eadem re postea agi potest §. 5. *J. de Except.*, sequitur quod sententia absolutoria priorem obligationem non tollat ipso iure, huic enim sententiæ, vis extinguendi obligationem nullibi attributa reperitur, & iudex sententiam absolutoriam dicendo, non hoc agit, ut obligationem tollat, sed ut id, quod in veritate sibi videtur, pronunciet, & quid juris declaret. *Zesf. ad ff. de Except. rei jud. n. 14. Hahn. ad Wesf. ib. n. 1.*

LXV. Effectus quarundam sententiarum etiam est, ut infamet *pr. J. de pœna remerc. litig.* sic per sententiam inuritur infamia in publicis iudiciis damnatis calumniæ, prævaricationis, in privatis, furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo *l. 1. ff. de his qui notant infam.* & in quibusdam contractibus, veluti mandati, depositi, tutelæ, pro socio, quod in his de fide rupta agatur *l. 6. §. 7. ff. d. tit.* & quamvis causa efficiens in genere sit factum turpe *l. 22. ff. eod.* tamen in specie est factum turpe & lex seu jus norans, norat autem jus vel mediatè vel immediatè, hoc modo per verba juris, cum tale quid notoriè commissum est, quod nullâ iudicis sententiâ expectatâ leges infamiâ notant, ut si quis in scenam quæstus

G

facien-



faciendi gratiã prodierit *l. 1. eod.* illo modo per sententiam judicis; hinc pendete judicio nondum infamis est, sed illo per sententiam absoluto. *l. 6. §. 1. eod. Nobiliss. Du. D. Struve in Syntagm. jurispr. Exerc. 7. ch. 18.*

LXVI. (7.) Denique effectus sententiarum est, quod pro veritate habeatur *l. 25. ff. de stat. homin. l. 107. de R. J.* omnia præsumantur legitimè esse facta *C. 16. x. de sentent. & rejudic.* res definat esse legitiosa, debitum fiat liquidum *l. 1. C. de condict. indeb.* & qui ejusmodi alii sunt sententiarum effectus, quos omnes enumerare nimis longum foret.

LXVII. Affinia sententiæ ratione litis decidende sunt jusjurandum *l. 2. h. 31. ff. de jurejurand.* maximum illud litium finiendarum remedium *l. 1. ff. eod. transactio,* cujus non minor auctoritas, quam rei judicæ *l. 26. C. de trans.* Compromissum, quod ad similitudinem judiciorum redactum ad lites decidendas pertinere dicitur *in l. 1. ff. d. recept. qui arbit. receper. arbitrium, laudum, & si quæ sunt alia.*

LXIX. Tandem Contraria, quæ sententiæ maximè repugnant, inspicienda. Illa autem cum varia, principaliora tantum coronidis loco breviter adjiciamus. Quæ igitur sententiæ objici possunt, eorū (1.) est nullitas. Nullitas autem est remediū, quo ob vitium vel defectū s. transgressionem processūs vel solennitatum, sententia nullius roboris ac momenti dicitur. *Emeric. à Rosb. in prax. civil. Tit. 72. n. 1.* quotiescunque enim in sententiæ formam impingitur, toties committitur nullitas, quam ratione sui gravaminis & præjudicii, quilibet vel principaliter. e. distinctè & separatim, pro declaranda sententiæ nullitate coram iudice priori, vel appellatio-

ais

nis: vel incidenter, cum sc. principaliter de negotio principali, ac ita de reformatione sententiæ, incidenter de nullitate agitur, deducere potest. Interea autem quando causâ nullitatis coram superiori intentatur, hic inferiori nequit inhiere & executionem impedire, ob magnam rei judicatæ autoritatem, pro quâ tum quo ad justitiam, tum ad processum præsumitur *C. 13. in fin. extr. de sentent. & rejudic. C. 16. in fin. eod.* nisi nullitas sit admodum notoria & in continenti probari possit *Wes. in parat. de rejudic. n. 10. Rosb. d. tit. n. 33.* durat hoc remedium usque ad 30. annos. *Wes. dict. loc.* nisi statuto vel consuetudine tempus pro usu Rcip. certum, ad deducendas nullitates sit præfixum: ut in Saxoniam spatium 6. septimanarum. Durare autem hoc remedium 30. annis, tunc dicitur, si de nullitate agitur per modum actionis, secus si per modum exceptionis: tunc enim est perpetuum, secundum tritum illud axioma: quæ temporaria ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum: *Perez. in Erotem. 7. §. 10. de except.* nisi & hæc exceptio ad certum tempus sit restricta. *D. Hahn. ad Wes. n. 10.*

LXIX. (II.) Appellatio, cujus usus quàm sit frequens, quamque necessarius, nemo est, qui nesciat, quippe cum iniquitatem judicantium corrigat *l. 1. ff. de appellat.* definitur autem, quod sit remedium ordinarium, quo à minore iudice ad majorem *Novel. 23. c. 4. in pr.* ob gravamen ratione sententiæ subortum, provocatur, ut sententia corrigatur, ac in melius reformetur *l. 17. ff. de minoribus*, regulariter omnibus, quorum interest, seu per sententiam gravatis de omni causa, sive magna fuerit, sive exigua *l. 20. C. de appell.* nisi tamen causa infra legitimam appellandi quantitatem fuerit *l. 10. de appellat.*

G 2

No-



Novel. 23. c. 3. omni que sententia sive definitiva sive interlocutoria de jure Canonico *c. 1. c. 3. §. si vero vocatis de appellat. in 6. c. 2. de dolo & conruma. in 6. c. 12. ext. de appellat.* (de jure enim civili ab interlocutoriâ non appellatur *l. 36. C. de appellat.* nisi talis sit, quæ vim definitivæ habeat, *l. 39. prin. ff. de minoribus*, vel gravamen contineat ejusmodi, quod per appellationem à definitiva, tolli non queat) intra decendum, quod de momento in momentum currit *Nov. 23. c. 1.* modo appellans latam sententiam sciverit, *Gail. 1. obs. 39. n. 7.* & gravamen non sit continuum, eo enim casu tamdiu appellare licet, quamdiu gravamen durat *d. obs. n. 13.* tam de jure civili *d. Nov. 23. c. 1. auth. hodie. C. de appellat.* quam Canonico *c. 15 §. taliter. ext. de sent. & re judic.* & Saxonico *Nobilissimus, Ampliss. Consulis, atque Excellentiss. Dn. D. Schróter disp. hujus Præses, Præceptor, Fautor ac Patronus omni honoris ac observantiæ cultu æternum suspiciendo in Colleg. quod quondam habuit practico c. 27. n. 1. competens l. 2. §. 2. ff. quomodo & quando appelland. l. 1. ff. de appellat. recip. l. 5. pr. & l. 14. pr. ff. de appellat. Emeric. à Rosb. in prax. civil. d. tit. n. 10. Nobiliss. Schnob. in disp. jur. ad L. lib. ff. disp. ult. th. 2.*

LXX. (III.) Supplicatio, quod est remedium extraordinarium seu imploratio superioris, ad errorem facti circa judicatum proponendum, quod ob dignitatem & excellentiam eminentem judicis non licet retractare *Arn. de Reyg. in Exercit. pract. disp. 12. thes. 11. Emeric. à Rosb. tit. 76. n. 1.* Causa enim super quâ fundari debet, non ex sententiæ iniquitate, incivile enim esset, allegare iniquitatem ejus judicis, in quem propter eminentiam & justitiæ præsumptionem iniquitas cadere nequit, sed ex petitione veniæ, proprii erroris, non juris sed

sed facti, vel ex dolo & circumventione adversarii assumenda erit. Non habet hoc remedium utpote extraordinarium locum, quando ordinarium appellationis comperit, nec in causis, quibus de jure civili appellare non licet, juri enim contraria postulari non oportet *l. 2. l. 7. C. de precib. Imperat. offerend.* sed tantum quando ob eminentiam judicis appellare integrum non est *Arnold. de Reg. d. D. ib. 12* Cum appellatione habet hoc commune, quod intra decem dies post sententiam sit offerenda, si offertur Consiliariis. Imperatori enim intra biennium supplicare licet *auth. qua supplicatio C. de precib. Imperat. offerend.* & hoc remedium est juris civilis, *uti not. tit. C. de precib. Imperat. offerend.* planum facit.

LXXI. (IV.) Leuteratio, quæ ortum suum ex jure Saxonico ducit, indeque in iis provinciis, in quibus jus Saxonicum non obtinet, locum fere non habet, est remedium introductum ad hoc, ut declaratione sententiæ gravamina, errore forte, negligentia vel imperitia, tum partium litigantium, tum judicis illata, quæ aliàs per appellationem, magno negotio, tolli vix poterant, hac brevi sæpè manu, paucisque sumptibus reparantur ac revocentur; & dividitur in primam & secundam, quæ dicitur Ober Leuteratio: in aulis Electoris ac Principum Saxonie frequens, fieri autem debet ut appellatio intra decendum, à tempore publicatæ sententiæ computandum, apud eundem judicem, qui sententiam tulit *Nobilissimus ac Consultiss. Dn. D. Schróter allegat. Colleg. prac. c. 26. pr.*

LXXII. (V.) Revisio actorum; & est remedium extraordinarium & extremum, quo iis, qui ex sententia Cameralium se læsos conqueruntur, per Commissarios

Imperatoris & statuum Imperii, ex benignitate quadam
& gratia succurritur, quibus alio beneficio subveniri
non poterat, *Arnold. de Reyg. Exercit. pract. disp. 13. th. 1.*
Revisio autem ab Electore Moguntino in scriptis peti-
ta, ex prioribus saltem actis, partibus enim aliquid novi
introducere non permittitur, fieri debet *Reyg. d. l. n. 8.*
Quaquam autem revisio hæc primitus contra Came-
ralium sententiam tantum concessa fuerit, passim ta-
men in judiciis inferioribus postea recepta fuit, ut Her-
vordix in patria mea, quando sc. summa, de quâ senten-
tia lata, non est appellabilis, sic & Mindæ Vermöge der
Mindischen Cansley und Gerichts Ordnung: *tit. 9. von*
Supplication und Revision der Sachen; verbis: Es soll auch
den Partheyen/und Unterthanen unbenommen seyn/ da sie
in Sachen von 300. Reichs fl. davon nicht appellirt wer-
den mag / sich prægravirt, und beschwert zu seyn befinden/
solche ihre gravamina und Beschwerden/so aus erheblichen
Ursachen genommen / und die zuorn in der Hauptsache
nicht ventilirt, angezogen und disputirt worden/ per viam
supplicationis innerhalb 30. Tagen nach ergangenen Ur-
theil so wider sie eröffnet worden/ einzubringē/ welche suppli-
cation in unser Cansley angenommen/ und per modum
revisionis ex iisdem actis entschieden/ und damit alle Weit-
läuffigkeit verblaben möge / keinem Theile mehr als 300
Sachschriften/ auffin Falle solches der Sachen Wichtig-
keit erforderte/verstattet werden / und in diesem Punct dem
deputation Abschiede de anno 1600. S. Es soll auch den
Unterthanen: allerdings nachgelebet werden. *Nob. Dn. D.*
Habu. in observat. ad Wes. n. 10.

LXXIII. (VI.) Denique est restitutio in integrum,
sic minores læsi contra sententiam causâ cognitâ in in-
tegrum

tegrum restituantur *l. 16. §. ult. ff. de minorib.* etiam si per procuratorem legitime ordinatum lis agitata sit *l. 4. C. si advers. rem judic.* vel per tutores & curatores fuerint defensi *l. 8. ff. d. restitut.* sive contra tutores vel curatores sit lata sententia, sive adversus ipsos minores quid fuerit statutum *l. 5. C. si. advers. rem judic.* Occasioneq; clausula generalis: Si qua justa causa mihi videbitur, in integrum restituam *l. 26. §. 9. ff. ex quibus caus. major.* nonnullis locis in genere contra quamvis sententiam, qua quis se laesum putat, instar alius remedii suspensivi, uti vocant, adhibetur remedium restitutionis in integrum *Excell. Dn. D. Struve in Syntag. jur. civil. Exercit. 8. th. 80.* quemadmodum in Duc. Br. & Lunab. Wolfert. & Kalenber. ex ordinat. provinc. tit. 66 §. *Über die* hanc obtinere testatur. *Nob. D. Hahn. in observat. ad W. f. ex quib. caus. major. n. 10.* Et hæc sunt quæ quidem non pro materia hujus dignitate, sed temporis & chartæ angustia de sententiis dicenda constituimus, eaque propter hic pedem firmamus:

DEO SIT LAUS ET GLORIA.

Errata.

Cum per incuriam thesis XI. sit om. ssa, eam brevissime in calce adijcere libuit in hunc modum:

Th. XI. Illa, quæ in finibus interlocutoria simpliciter consistit & permanc. *Rosb. allegat. tit. n. 14 i. e.* per quam non finitur Judicis officium, nec definitur articulus aliquis substantialis, neque principaliter. neque per consequentiam. *Zæf. allegat. n. 166.* In th. 8. lin. 4. post verbum *controversie* addatur vox *Principalis.* in th. 12. lin. 0. post verba *non tamen* addatur vox *harum.* Quæ alias irrepere errata, benevolus Lector pro suo candore emendabit.

Clariss.



Clarissimo atque Erudito Dn. Doctore, Fautori
atque Amico suo dilecto.

Qui sese pavit Juris per dædala prata,
Est laudandus homo, laude vehendus homo,
SIRPSI, disquirens, quid sit *Sententia*, doctè,
Te laudo: Judex, ut puto, clarus eris.

ita grat.

PRÆSES.

O Sancta Fides, dic, ubi pavida delitescis?
Ubi simplicitas tartareis artibus exul?
Hei litigiorum rabies furcens Erinny.
Hei judiciorum fera, pestilens charybdis.
Ehei remoras luminis atque Veritatis.
Ah Justitiæ tormina! væ foro bilingui!
Ultroris ubi flammea fulgetra Tonantis!
Ohorrida *sententia* mortis quæ futura
Nunc terreat omneis grave judices malignos,
Themis Eusebien sic basiet nostra Reginam.
Et pax patriæ pia floreat per ævum!

Clarissimo Dn. Candidato Amico suo fami-
liarissimo Imò, gratulatur

Ahasverus Fritschius, J. U. C.
Illustr. Dn. Comitis Rudelst.
Schvartzb. stud. moderator.

F I N I S.



Jena, Diss., 1658

ULB Halle


3


004 518 705



f
5b







1658, 16

522

16

RURALIS JURIDICA

NTIIS,

ANTE GRATIA

o Principe ac Domino,

DO SENIORE,

ac Montium, Landgravio

Comite in Marcâ & Ravens-

Ravenstein, &c.

FICENTISSIMO,

AUTORITATE

simi Jctorum Ordinis in Illustri

rice Salanâ

I D E

R O

lustrissimo atq; Excellentissimo

FRIDERICO

cessore hîc loci longè ce-

ravissimo, Curia Provincialis &

c. Patrono meo summo, Præceptore

cultu ztatem devenerando,

O

is, Privilegiis ac Honoribus Do-

c solenniter capeffendis,

squisitioni submittit

R VORDIA WESTPHALUS,

Jctorum,

emilia nostræ IVbllæo.

1658

meridianis.

ANNIS NISIIL.

27.